19
36

6
15 E
41

6._19.a.36.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Aſsistentia Germaniæ

IACOBI DAMIANI

ATREBATIS E SOCIETATE IESV

BELLVM GERMANICVM

PRO

FERDINANDIS II. ET III. CÆSARIBVS

AB DEIPARA

PER EOSDEM IN EXERCITVVM SVORVM SVPREMAM DVCEM ELECTA GESTVM:

LEOPOLDO GVILLELMO

ARCHIDVCI AVSTRIÆ &c. DICATVM.

DECAS PRIOR

Ab Anno M. DC. XVII. *quo Ferdinandus* II. *Bohemiæ Rex initiatus eſt,*

Vſque ad Annum M. DC.XXXII. *quo Ioannes Comes,Tillius Occubuit, excurrens.*



DVACI,

Typis IOANNIS SERRVRIER, ſub ſigno Salamandræ; 1648.

BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO ARCHIDVCI

LEOPOLDO - GVILLELMO

CÆSARVM NEPOTI, FILIO, FRATRI,

BELGII ATQVE BVRGVNDIÆ

PRO REGE CATHOLICO,

GVBERNATORI &c.

ROMA

TIBI, LEOPOLDE SERENISSIME, Deiparam repræſento pro Auguſtiſſimis tuis Parente, Fratreque Cæſaribus, prælian-tem. Nouum opitulationis Marianæ genus, aduerſus mortales vtriuſque hoſtes, Immortalium Reginam prodire. Sed & rara laus, eam vtrique vicariam, velutque ſtipendiariam in caſtris bellare, qua eâdem & dominâ Hungariæ Reges gloriantur. At illa vis tanta, Auſtriacorum Religioni propria eſt, elicere de Cælo imperantem illic Auguſtam ad humilem in Terras deſcenſum, ductumque ſuæ ipſorum militiæ præſtandum. Iſtud Ferdinandus II. antea, dudumque Laureti, & Ferdinandus III. Patris exemplo, nuper Viennæ Auſtriæ confecêre, quando illam in Supremam Exercituum ſuorum Ducem adlege-

Digitized by Google

legerunt. Inſolitæ optionis confidentiam eis gratulati ſunt boni; ſucceſſum autem veriti, & experti ſunt hoſtes, & Poſteri mirabuntur. In annalibus ſiquidem haud facilè inuenturi ſunt Cæſarum quemquam, cuius Honoribus adeo iuſſa ſit Fortuna ſeruire; victoriaſque, antea negatas, vultu demum conuerſo, ac velut inuito, annuere. Scio arriſit ea perennius alijs; ac fauoris conſtanter impenſi, nec pœnitens, nec feſſa, Palmas continuatè eis in ſinum plenâ manu congeſſit. Sed hæc tanta benignitas, argumentum erat proſperæ ſortis, haud documentum aduerſæ, quâ ſine, felices quidem illos, non fortes dixeris. Vtramque enim experiri, atque (æquabiliter ferendo) vincere, & magnanimum, & Auſtriacis commune eſt: aduerſam autem ad ſeruiendum cogere, proprium Ferdinandis. Quamquam & ad Leopoldos tantam vim illam pertinere, aduentus ex Auſtriâ in Belgium tuus oſtendit. Quippe ante hunc, ita noſtra nos auerſata erat Fortuna, vt proſtratis ſuas vix vires ſentire, nedum vibrare permitteret, adeo aut conaturos quidpiam illa terrebat vano improſperi ſucceſſûs metu, aut tandem ipſos vel prouidè cauteque conatos euentu debito fraudabat. Repræſentabatur itaque tempus illud miſerabile, quo Maximilianus I. Aui Tui Caroli Proauus, olim in

idem

idem Belgium perinde Bellis afflictum ex eâdem Prouinciâ venerat; niſi hoc noſtrum miſerabilius ſit quoniam Hoſte gemino fœdatum. Sed par vtrique videri potuiſſes, ſi non inſolitorum ſiderum more, Populis quibuſdam adlucentium placidè, quibuſdam fulmina, morteſque minantium, maluiſſes promotor eſſe hinc Pacis cum altero ſanciendæ, hinc belli in alterum vtiliùs gerendi. Tum verò vindicem Te præbuiſti Belgis, qui vltores multos præſtolati, vix vnum ſenſerant; & qualem profectò, præter Te, ſperare vix poſſent. Adeo vnus inueniri poteras; qui Patriam diuerſiſſimè languentem, multiplici luce tuâ viuidè recreares; & tamquam parto in illius fortunam imperio, ad ſpirandum ſurrigeres. Ita per celeritatem tuam omni cunctatione depulsâ, mouit lacertos; & per fortitudinis, prudentiæque tuæ contemplationem, abacto metu, vltro laceſſiuit Hoſtem, quem non ſuſtinuerat antea; atque per infractæ Patientiæ exempla, colluctari didicit elementis, quando per vndas & procellam Liſæ medium Sabiſque caput, in oppidorum recuperatione ſibi vindicauit. Redeuntis ad nos fortunæ crepuſculum hoc fuit, per Virtutem tuam iuſſæ conuerti; & ſpem nobis oſtendere felicitatis breui maioris. Neque verò ea lentè, velutque per gradus, ac ritu reptantis ad me-

 ridiem

Digitized by Google

ridiem Auroræ ſenſim proceſſit; ſed celeri firmoque impetu nitens, tres tantum dies (nimirum totidem Cortracenæ vrbi penetrandæ ipſa, quot Hebdomadas per deditionem obtinendæ abhinc biennium Hoſtis conſumpſerat) validè, atque velociter impendit. Ita ver caſtris hoc etiam anno tuis arriſit; nec Æſtas, Autumnuſue obnubilent, niſi (quam Lakenij Ducem illis optaſti) malit Deipara Te, haud continuatè per Victoriarum plana, ſed & ſubinde per Infortuniorum abrupta, ad gloriam tendere. Hac viâ vtriuſque ſortis geminâ glorioſiſſimos Parentem, Fratremque Cæſares duxit; docuitque perenni curſu proſperorum, emolliri animum Principis Chriſtiani; aduerſorum autem interpoſitu firmari. Sed enim per hæc (ceu per obiectæ nubis vmbram) Virtus magis lucet ex puro; & ad diſpellendum quidquid obſtiterit, viuidiùs promitur. Tui certè vnius contemplatione apti pendemus; verum & timidè iucundi, ne non eius poſſeſſio nobis perpetua ſit. Scimus quippe magnam hanc lucem ex alto remotis quoque Gentibus affulſiſſe; & Regem, Tibi Patruelem fato proximum, leniјſſe nuper ſupremæ neceſſitatis dolorem commendatione illius virtutis tuæ. At ſanè pluris Tibi Regno ſit amor tuus in Belgas, quorum Beatitas & ſalus in Te vno

vno ſita eſt; quos diſceſſu tuo miſeros haud vmquam feceris, alios vt felices tuâ præſentiâ facias. Interea & Societatem hanc IESV cuius & Mater militat Tibi, tum Tuo, tum Tuorum Parentis ac Fratris more, & ingenio foue.

SERENISSIMÆ CELSITVDINIS TVÆ

Humillimus cliens & addictiſſimus in Chriſto ſeruus.

IACOBVS DAMIANVS
ex eadem Societate

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE Germanicis Ferdinandorum II. & III. Cæſarum Bellis Poëma quàm Hiſtoriam ſcribere multas ob cauſas malui.

Ac primò ita requirebat Prouidentia Deiparæ iſtuc multipliciter impenſa quam præcipuè ſpectaui, Politicis atque iſtiuſmodi rebus (quæ & ab inſtituto meo alienæ ſunt, & per Scriptores plurimos diuersè velutque pugnanter tractatæ) aut prorſus neglectis; aut leuiter, & quantùm conſilio huic meo neceſſaria vel vtiles erant perſtrictis. Cùm enim Prouidentia illa per abruptas tantùm occaſiones interuenerit Prælijs, haud decorè poterat per continuatum Hiſtoriæ curſum duci. Et cùm non multis ſemper Teſtibus, ſed vni ſubinde aut alteri ſeſe oſtenderit, fidem ea Hiſtoria tantam non præſtitiſſet, quantam ſerium hoc, ne dicam ſeuerum ſæculum plus ſàtis ab Hiſtorico exigit.

Deinde Scriptorum illorum multitudo me exemplumq́ue deterruit, nimirum aut earumdem rerum repetitione facientium Lectori nauſeam, aut omittentium aliquid vel oſcitantiâ, vel iuſtæ offenſionis metu, aut Demum adulatione quiddã addentium.

Prouidentia denique illa Deipara, (quæ per ipſiuſmet Virginis-Matris, tum Beatarum Mentium, Immortaliumq́ue Hominum in Terras Cælo deſcenſum, diuerſaq́ue Phænomenorum, aliorumq́ue Prodigiorum oſtenta exhibuit ſe mortalium oculis auribuſq́ue) Poëtica Dictionis, fictionum, luminum, Epiſodiorum capacior, & adeo Delectationi excitandæ aptior viſa eſt.

Hìc ergo ne Hiſtoriam abs te legi, ſed Poëma memineris; & morum Documenta per Delectationem, id eſt per veritatis non nudæ ſed veſtitæ magiſterium ediſci. Illam Poëſis non deſtruit, ſed magnificè tegit; adſcititijs nempe ornamentis. Et quæ huc adſciuimus, non longè, ſed proximè; velutque in ipſo Hiſtoriæ fundo nata in manus venêre. Vnde ſi quidquam leges aut præter aut contra id quod audieris vel ſpectâris ipſe, ne ſuccenſe, ſed ſaltem cogita, Fictio eſt. Quamquam enim apparatu librorum, indiciorumq́ue priuatorum quanto ad Hiſtoriam maximo, ad hoc Poëma ſcribendum acceſſi; attamen Hiſtoricam fidem præſtare, haud animus fuit. Ne igitur plus exſpecta quàm deſignaui; nec plus exige quàm promitto.

Iam inter Dictionis Epicæ genera diuerſa, Mediocre, fateor, affectaui; quàm expreſſerim, Tute arbitrare. Cùm enim illud luxuriem nimiam, quæ ambitioſum genus emollit, reſecet; ac inamœnitatem, quæ conciſum durat, exhilaret; immo & illius nata ex Tautologijs Macrologijs alijſque cauſis inuolucra, & huius ortas ex breuitate vmbras æquè deuitet, ceteris aptior ea Dictio viſa eſt, ad delectandum

ē pari-

pariterque docendum, quamquam ad docendum magis. Quippe Documenta morum, Poëta, præſertim Epicus, ſpectet neceſſe eſt, delectationis haud perinde ſolicitus, fructum nempe præponens floribus; tametſi nec horum penitiſſimè negligens, quando ſcilicet veritati adiumento, ac velut condimento ſunt. Ceterùm, in hos ſe vberiùs Poëſeos Partes aliæ fundunt, quæ voluptati faciendæ magis ſe præbent. Epica autem ſolido rerum contenta ſucco amœnitates inſpergit tedij magis vitandi, quàm voluptatis ciendæ cauſâ. Quamquam profectò viuidiùs illæ delectant quæ preſſiùs vibrantur; ceu inſcula parcè & auarâ velut manu cibis affuſa, iucundiùs afficiunt guſtatum. Quæ condimentorum mediocritas, ſi aliquam in edulijs laudem, in Poëmatibus certè magnam inueniat, præſertim apud velocia æui huius ingenia; quæ propoſitas res continuò aſſequuntur, citoque tranſuolant deſiderio vlteriora diſcendi. Adeo ægre ſinunt ſe, lentos per circuitus agi, & per verborum moras attineri. Et verò indecôrum importunumque ſit, vel factum aliquod ornatûs impatiens longiſſimè tendere; vel Comparationes, Similitudines, Deſcriptiones, præſertim è triuio petitas, latè circumferre; vel feſtinantibus denique Perſonis, vt Duci conflictum ingreſſo aut iam nunc ingreſſuro, vt venatori feram properè inſequenti, ſermonem prolixum attexere. Alia nobis exempla Maro Epicorum Princeps dedit; Adhortationes, Obiurgationes atque eiuſmodi, Perſonis, temporibus, locis quaſque attemperans, adeoque nunc modicè laxans, nunc ſtringens: Et ſubinde ſimilitudines tres, & fabulas totidem diſticho concludens. Admirationem quippe, quæ Delectationis mater eſt, ea mediocritas, aut breuitas (ſi ita quidem appellare malueris) facit, quâm Dictionis illud genus, venuſtè conciſum, obtinet. Nunc quando nullum ſcriptionis, ceu condimenti, genus omnibus ſapit, hoc noſtro fruere, ſi Tibi quidem ſapiet, ac vale.

PRO-

AVCTORIS
PROTESTATIO ITERATA.

ADverte, Lector, quæ in hoc Poëmate toto à me proponuntur quæ vel ſanctitatem, vel futurorum præſagitionem & prædictionem, vel Arcanorum manifeſtationem, reuelationem, illuſtrationem vel prodigij aut miraculi ſpeciem ſignificare videntur; ſic à me proponi, vt nolim à quoquam accipi tanquam ab Apoſtolica Sede examinata atque approbata, ſed tamquam quę à ſola ſuorum Auctorum fide pondus obtineant, atque nõ aliter quàm humanum Poema. Proinde Apoſtolicum Sacræ Congregationis S. R. & vniuerſalis Inquiſitionis Decretum anno 1625. editum & anno 1634. confirmatum integrè atque inuiolatè iuxta Declarationem eiuſdem Decreti à Sanctiſſimo D. N. D. Vrbano Papa VIII. anno 1631. factam ſeruari à me omnes intelligant; nec velle me vel cultum aut venerationem aliquã per has meas narrationes vlli arrogare vel famã & opinionẽ ſanctitatis aut martyrij inducere ſeu augere, nec quicquam eius exiſtimationi adiungere; nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem, aut miraculi comprobationem: ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem ſecluſo hoc Opere meo obtinerent. Hoc tam ſanctè profiteor, quam decet eum, qui Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit & ab ea in omni ſua actione dirigi.

IACOBVS DAMIANVS
Sacerdos Societatis IESV.

Digitized by Google

INDEX
PRÆCIPVARVM RERVM.

AMbroſius Spinola in Palatinatu Inferiori. Pag. 73
Angelus Primi Mobilis Motor. 17
Archangelus Germaniæ Cuſtos. 240
Eiuſdem ad Dei param Oratio. 219
Cum Archangelo Sueciæ Cuſtode colloquium. 240
Arbor ſcientiæ Boni & Mali. 209
Armamentarium Deiparæ. 210
Auſtriæ vtriuſque Deſcriptio. 12
Auſtriacorum Principũ Picturæ. 52
Bamberga per Tillium occupata. 237
Bombus, olla volatilis. 199
Buquoius Comes ad Budweiſſam. 50
Eiuſdem de Bohemicis ad Teinam victoria. 55
Alia ad Pontem viennenſem. 59
Aliæ ad langloſium & Hornam. 66
Eiuſdem obitus. 93
Comparationes præcipuæ. ibid.
Accipitrum Aues minores ſternentium. 148
Adamantis politi. 231
Apium diſſipatarum. 172
Aquilæ Pullos ad ſolẽ probantis. 10
Eiuſdem in Angues pugnantis. 62
Angeli cælum rotantis. 17
Fili arachnæi. 130
Gallorum duorum certantium. 72
Globi è Tormẽto Bellico excuſſi. 236
Halecum denſè natantium. 75
Hiſtricis repugnantis. 95
Leonis in multas Feras certantis. 190
Nili placidè exundantis. 94
Pantheræ Feras odore trahentis. 200
Rheni ſub vindemiæ tempus. 190
Titionum ſimul ardentium. 47
Trochi diuerſè agitati. 135
Concilium militare Suecicum. 159
Conſtantinopolitanæ Vrbis liberatio. 213
Croatæ. 200
Currus Marianus ex auro fuſili, & in eo incoctę Diuę Matris victorię. 215
Debbora Bellatricis Deiparæ typus. 7
Deipara Bellatrix. ibid.
Deiparæ ſermo ad Angelos. 8
Ad Archangelum Germaniæ Cuſtodem. 221
Ad Ioannem Suicardum. 56
Ad militem mutum. 101
Eiuſdem cum Antiquo Serpente duellum. 209
Diui in Mariana Curia Bellatores. 211.

Ferdi

Ferdinandus II. Deiparam exercitibus ſuis Laureti præficit. 6
Inauguratur Carinthiæ Dux. 12
Et Bohemiæ Rex. 46
Atque Hũgariæ. 48
Et Romanorum. 56
Eiuſdem ad Crucifixum Oratio. 54
Et Religio, Munificentia, Clementia. 93. 96. 109. 116. 205.
Ferdinandæorum Hoſtiũ mors. 119
Francofurti ad Oderã expugnatio. 32
Fredericus V. Palatinus.
Gladiatores. 137
Iacobi Rhem è ſoc. Ieſu Probitas. & de Ferdinando II. vaticinia. 14
Ignes Fatui. 77
Ignes ludicri per auram volatiles. 26
Lapones ſeu Lapij. 162
Lauretana Ædes. 6
Leopoldi-Guillelmi Archid. ortus &c. & Geſta in Belgio prima. 222
Leproſæ Sueuicę Probitas & vaticinia. 226
Ludi Circenſes. 27 & 53
Magdeburgi euerſio. 37
Eius Origo Pateræ impreſſa. 40
Maria Virgo. V. Deipara.
Mariæ Bauaræ ad Ferd. II. Hortamenta. 10
Marinæ Scobartiæ mores &c. 174
Maximiliani Bauari Religio, Fortitudo &c. 70 & 86
MeKelburgicorum Ducum Reſtitutio. 137
S. Michael. 130
Militis muti per Diuam matrem curatio. 103
Mogũtiæ Occupatio per Suecos. 187
Natiuitatis Marianæ celebritas. 140
Norimbergenſiũ munera Regi Sueciæ data. 241
Ordo equitum ab Immac. Concept. dictus. 51
Palatinus & Palatina Pragę coronantur. 59
Papenhemij vulnus ad Pragam. 84
Eiuſdem in Auſtriacos Agreſtes facinora. 121
Et per Saxoniam Inferiorẽ. 189 & 235
Pragæ Deſcriptio. 15
Eadem per Saxonem occupatur. 193
Pragenſis Pugna V. Pugna.
Pugna lipſiaca. 145 & ſeqq.
Loterenſis. 123
Pragenſis. 81 & ſeqq.
Statlonenſis ſeu Halberſtadiana. 113
Nimpenenſis ſeu Durlachiana. 103 & ſeqq.
Regia Deiparæ gemina. 208
Rheni per Suecum traiectio. 185
Ruſticorum in Auſtria Inferiori Bella. 120
Scacchiorum Luſus. 80
Serpens Antiquus. 208
Serpentum genera diuerſa. ibid.
Suecani exercitus gentes diuerſæ & mores. 161
Supplicationes Viennæ. 206
Tillius Comes ad Pragam. 81
Eius Religio, virtus &c. Paſſim.
Eiuſdẽ Plaga ad Lycum accepta. 245
Et Obitus. 247
Tormenta Coriacea. 150
Tychonis Brahe mores & Prædictiones. 169 & ſeqq.
Venatio Ferdin. II. 232
Viennæ Auſtriæ Deſcriptio. 13

CIRCA

Digitized by Google

CIRCA ERRATA

TYPOGRAPHVS LECTORI B.

MEnda præcipua hic ſubjcio, alia inter legendum deprehendes contra Orthographiam, Interpunctionem, ſenſum, quæ per abſentiam Authoris, aliaſque cauſas irrepſere, præſertim in vocabula propria vt magis pronum eſt. Ceterum ceu per Grammaticæ, Proſodiæq; leges pleraque detegentur, ſic per eas corrigentur facilè, ſi modò attenderis. Malui enim & benignitate tuâ infortunium excuſari, & peritiâ tuâ ſuppleri, quàm longiorē indicē texi, vel pennâ aut cultello folia inquinari vel frangi.

FOl. C. Pag. 19. v. 19. at lege aſt
Fol. D. Pag. 28. v. 15. teirebit lege tenebit
Fol. G. Pag. 53. in notis ad v. penult. Suis lege Eius
Fol. H. Pag. 62. v. 35. Belga lege Berga
Fol. I. Pag. 70. v. 9. Oſtendat lege Oſtentat
Pag. 74. iuxta v. 16. millibus lege millilibus
Fol. K. Pag. 75. v. 23. atra lege Æthra
Pag. 76. v. 4. ignoſcunt l. igneſcūt
Pag. 79. v. 31. victis lege victu
Fol. L. Pag. 87. v. 27. faſtus, lege fatus,
v. 29. Rupta hoſte, lege Rapta hoſti,
Fol. M. P. 90. v. 22. Caſareis lege Cęſareis
v. 27. totus lege totas
P. 92. v. 1 Ceſſorēue l. Seſſorēue
v. 36. os lege hos
Pag. 93. v. 1. ſequentē l. ſequentū
v. 12. attollēs l. tollentē
Fol. O. Pag. 112. v. 12. Omnigena lege Omnigenæ
Fol. P. Pag. 118. v. 7. at lege ſed
Fol. Q. Pag. 124. v. 19. Soeij lege Socijs
Pag. 126. v. 17. quæ lege quas
Pag. 127. v. 28. Sueco lege Suecûm
Fol. R. Pag. 130. v. 15. arachne l. arachnes
v. 28. egit lege agit
Fol. S. Pag. 138. v. 12. fuerit lege furit
Fol. V. Pag. 156. lin. 9. cedendnm lege rodendum
lin. 20. Nicenum lege Mœnum
Fol. X. Pag. 166. v. 31. primum l. Prunū
Pag. 168. v. 12. totam lege toto
Fol. Y. Pag. 169. ab v. 23. Diuidit vſque v. 14. Pag. ſeq. Prænotentur ſingulis verſibus „
v. 37. penitoſque lege penitaſque
Pag. 170. v. 8. ſerâ lege ferrâ
Pag. 171. in fine, Bannerus lege Bavarus
in notis ad v. 18. Heliopolitanæ lege Herbipolitanæ
Pag. 174. v. 30. vmbras. l. vmbras
in notis ad v. 18. Carolus lege Carolum
v. 26. tantas lege tantam Phalanges lege Phalangem
Fol. Z. Pag. 184. v. vlt. Ad lege At
Fol. Aa. P. 187. v. 10. globæue lege glebæue
v. 12. poſtquam, adde, Hoſtes
Fol. Bb. Pag. 193. v. 3. nidos lege nido
P. 197. v. 30. famēq; l. famamq;
Pag. 199. v. 1. auerta lege auecta
Fol. Cc. Pag. 211. v. 30. quàm lege quem
Fol. Ee. Pag. 224. v. 32. mei lege meî
Fol. Ff. Pag. 226. v. 25. Anuit lege Annuit
Pag. 229. lin. 19. ipſa lege ipſi
Pag. 230. lin. 1. per lege par
lin. 20. affixū l. affixā
Pag. 231. v. 4. aciti lege acciti
Pag. 232. v. 25. ſubdit lege ſubit
Fol. Hh Pag. 241. v. vlt. læbori l. labori
Pag. 243. v. 4. gelidaq; lege gelidoq;
Pag. 224. v. 4. & 5. præpone „
P. 245. v. 20. vādalida l. vandalica
P. 246. v. 16. leuant lege lauant

FINIS.

PROTESTATIO AVCTORIS

CVM S. D. N. Vrbanus Papa VIII. Decretum ediderit die 13. Martij anno 1525. idemque confirmarit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi Libros, *Hominum qui ſanctitatis ſeu Martyrij famâ celebres è vita migrauerint geſta, miracula vel Reuelationes ſeu quæcumq; beneficia tamquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine eâ impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata.* Atque idem Sanctiſſimus die 5. Iunij anno 1631. ita hoc explicuerit, vt nimirum *non admittantur Elogia Sancti vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſupra perſonam: bene tamen ea quæ cadunt ſupra mores & opinionem cum Proteſtatione in principio quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes auctorem.* Huic Decreto, eiuſque Confirmationi & Declarationi, obſeruantiâ ac reuerentiâ, qua par eſt, inſiſtendo, profiteor me haud alio ſenſu quidquid in hoc opere ſcripſi, accipere & accipi ab vllo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humanâ dumtaxat auctoritate, non autem diuinâ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut S. Sedis Apoſtolicæ nituntur: ijs tantummodo exceptis quos eadem S. Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

PRIVI-

PRIVILEGIVM.

EGo infraſcriptus Societatis IESV in Gallo-Belgica Prouincialis iuxta Priuilegium eidem Societati conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos abſque Superiorum permiſſione imprimant facultatem do IOANNI SERRVRIER Typographo Duacenſi vt librum cui titulus eſt *Bellum Germanicum* à P. IACOBO DAMIANO eiuſdem Societatis compoſitum ad ſex annos proximos imprimere & liberè diſtrahere poſſit. Datum Inſulis 3. Septembris 1648.

HVBERTVS WILTHEIM.

APPROBATIO.

BEllum hoc Germanicum R. P. IACOBI DAMIANI nihil continet rectæ fidei contrarium, nihilque probis & honeſtis moribus repugnans, ſed multa lectu ac laude digna: quamobrem vtiliter imprimi poſſe iudicaui. Duaci hac 7. Septembris 1648.

THEODORVS VAN COVVERDEN *S. Theol. Doctor eiuſdemque Regius ac Ordinarius Profeſſor, Eccleſiæ Coll. S. Petri Canonicus, librorumq; Viſitator & Cenſor.*

ELEN-

ELENCHVS
LIBRORVM CHRONOLOGICVS.

LIBER I. *Commemoratâ* Deiparæ *in Supremam Ferdinandææ Militiæ Ducem Optione, ab ipſomet* Ferdinando II. *adhuc vicenni, factâ Laureti Anno Chriſti* M. DXC VIII. *& perſtrictis quæ ab eodem per conſequentes proximè Annos in Styria, Carinthia &c. pro Religione geſta fuere, Annum ingreditur* M. DC. XVII. *quo Bohemici motus ſemina ſunt iacta ob Ferdinandi in Bohemorum Regem inaugurationem. Tum iſto Bello & alijs, quæ per Duodecenniũ totum & eo plus diuerſiſſima euenêre, in Libros* III. IV. *&* V. *per Hyperbatum, Homeri & Virgilij exemplo reiectis, ad Annum* M. DC. XXX. *quo Bellum Suecicum cœpit repentè tranſilit.*

LIBER II. *aperit Annum* M. DC. XXXI. *Mariæ Hiſpanicæ Principis* Ferdinando III. *deſponſæ Viennam aduentu; & Suecici Belli continuatione.*

LIBRI III. IV. *&* V. *decurrunt Annos* M. DC. XVII. M. DC. XVIII. *& ceteros vſque ad* M. DC. XXX. *Tillio Tribunis ad Magdeburgũ iam nunc euerſum hærentibus, præpoſterè narrante Superiora Ferdinandi* II. *Bella, nempe Bohemicum, Tranſyluanicum, Palatinicum, Ruſtico-Auſtriacum, Danicum; ſicut Vlyſſes, errores ſuos Alcinoo Odiſſ.* 9. *& Æneas excidium Troianum Didoni totis Æneid* 2. *&* 3. *Libris, tardè recenſent.*

LIBER VI. *Ad Annum redit* M. DC. XXXI. *euentuum Suecici Belli variorum & lipſiacæ præſertim cladis accuratâ deſcriptione.*

LIBRI VII. *&* VIII. *eundem Annum claudunt Progreſſionibus Guſtaui Suecorum Regis.*

LIBRI IX. *&* X. *inchoant Annum* M. DC. XXXII. *eundemque producunt per nouam Fridlandi Præfecturam, Papenhemijque facinora, & Tillij necem.*

Digitized by Google

LIBRI PRIMI

Argumentum.

FERDINANDO VI. Auſtriaco, qui primùm Styriæ, Carinthiæ, &c. Dux, tum deindè Bohemiæ, Hungariæque Rex, ad extremum Imperator fuit eius nominis II. Prouidentia CAROLVM, FERDINANDI I. Imper. Filium, in Patrem; MARIAM verò BAVARAM, ALBERTI Filiam, in Matrem dedit. Atque id, eo quidem, vti apparet, conſilio, vt quemadmodum per vtriuſque huius Familiæ Principes, nutantem in Germaniâ Religionem Catholicam ſuſtentârat: ita eâmdem per Ferdinandum erigeret, quæſitâ in illo vno, vtriuſque ſanguinis coniunctione. Inerat illius Indoli tantæ par animus, animo paria virtutum ſemina: quæ, per aptam educationem, inſtitutionemque litterariam, tacito cum ævo adolevêre. Illam à Parentibus accepit Græcij, hanc ab Societate IESV Ingolſtadij. Duodennis Patre orbatur: initiaturque Styriæ Dux, & Carinthiæ, antiquo more. In pannoſo Opilionis habitu, Purpuratos inter Proceres, Ordinumque Vexilla ducitur ad Pratum, in cuius medio, Sedes, è rudi lapide, ventis obnoxia, atque corrupta. Hic alapam à Ruſtico accipit, aquam è Petaſo libat, gladium quaqua verſum vibrat, in Patientiæ, Sobrietatis, Fortitudinis argumentum. Æquitatis, & Catholicæ Religionis defenſionem iurat, & ad vicinum Deiparæ Templum, cum Pompa progreſſus, Trabeâ ibi ceteriſque dignitatis inſignibus, coram Divæ Imagine ornatur; & quaſi per illam Principatu donatus, tum primùm Princeps & haberi, & eſſe incipit. Exin Matris auctoritate, prouincias adminiſtrat, Vicennis Lauretum abit; ubi Bellum iurat in Hæreſim, eique Bello Deiparam præficit. In Styriam reverſus, uxorem ducit, ipſam & Mariam & Bavaram, Guillelmi Filiam. Tum verò Hæreticæ ſuperſtitionis exercitia confidenter abrogat; Fana, nitrato etiam pulvere, evertit; libros flammis; Præcones, protervoſq; Sectatores, exilio damnat; reliquos ad ſanæ Religionis morem reducit rarâ felicitate. Hûc multùm, Principis Religio, Fortitudo, Munificentia, aliæq; Virtutes valuêre; Clementia plurimùm. Quæ omnes, cùm iam uſu ſatis ipſo conſtarent, bina earum fulcra, Mors dificcit; primò Matrem, tùm Conjugem; ambas,

bas, eiuſdem generis, nominis, laudis Fœminas; quamquam earum hæc teſtis æmulatrixque fuerit, illa author quaſi, & exemplar. Mater quippe magni iudicij & animi Heroina, & in Marito Carolo, & in utroque Sigiſmundo, Polonico atque Battorio, Generis ſuis, didicerat quantum Hæreſes malum Principibus eſſent. Siquidem hæc, illorum alterum, Suéciæ Regno; alterum, Tranſylvaniæ Principatu, vitâque forſan ipsâ, exuerant. Itaque Filium, ſat ſponte ſuâ currentem, acriùs, his etiam exemplis ſtimulabat. At poſt hanc emoriens uxor, ſuî & deſiderium, & ſpeciem vivam FERDINANDO reliquit in quaternâ prole, FERDINANDO III. Imper. Archiduce LEOPOLDO-GVILLELMO, MARIA-ANNA, Bavari Ducis: CÆCILIA-RENATA, Poloni Regis, uxoribus. Mox, FERDINANDI II. Virtutes, altiùs extulit, atque exercuit maxima, variáq; Fortuna. Extremis Cæſaris Matthiæ temporibus, multa de quodam eius Pio, Felici, Glorioſiſſimo Herede ſpargebantur, Iacobi Rhem, ſenis è Societate IESV, ſanctiſſimi, aliorumque vaticinia; cùm ipſe Cæſar de Alberti & Maximiliani Fratrum voto, Patruelem Ferdinandum adoptat in Filium, & Pragæ, in Bohæmorum Regem ritè electum, coronari curat. Hinc gravia diuturnaq; per Bohæmiam, Hungariam, Auſtriam, Palatinatum, aliaſque Germaniæ Provincias, geſta (quæ poſtea dicentur) Bella. Hinc & Süecicum (quod modico intervallo ſubſecutum eſt, primoque per Hyberbaton prælibatur) longè graviſſimum. Omnia Virginis Ductu geſta ſunt, & confecta; nec ſine prodigijs; qualia, ipſiuſmet Deiparæ, Beatarum Mentium, Hominum, & phœnomenorum inſolitorum oſtenta. Tum graviſſimæ inter ipſos Ferdinandi Hoſtes diſcordiæ, & ſimultates; eorumdem contumaciorum improviſa vel fœda mors: ne conſilia utilia caperent, obcœcatio; iam captorum eventilatio; occœptorum eluſio, & in authores retorſio; novæ ac novæ in Turcæ Regiâ diſſenſiones, in urbibus ſeditiones; atque, ne Ferdinandi Hoſtibus ſubmittere auxiliares copias poſſet, in Vizierijs, & Bachis (ut vocant) rebelliones; in Bellis autem, magnæ per Polonos, Perſas, Moskos illatæ clades.

Süecicum Ferdinando Bellum (quod per prolepſin ſeu occupationem hîc primo loco attingitur) Süeciæ &c. Rex Guſtavus Adolphus intulit, quaſi Lutheranæ ſuperſtitionis, & quorumdam Principum, Vrbiúque Germaniæ libertatem, externus ipſe vindicaturus. Itaque præmiſit, Vere ineunte, in Inſulam Rugiam cum aliquot Armatorum millibus Tubaldum; adulto, appellit iſthuc ipſe Rex cum triplo majoribus copijs, ducentas in naves diſtributis; atque eo pacto, Stralſundæ, rebellis Cæſari Vrbis ad Mare Balthicum ſitæ, diu, ſed languidè, per Fridlandianos pro-

Digitized by Google

ducta obſidio, ſoluitur. Eam Tubaldus Inſulam, fortiter, ſed fruſtra repugnante Gœtzio tandem occupat; at Rex, Vſedomiam inſuper VVollinamq́; tum verò Stetinum, Pomeraniæ Metropolim à Bogiſlao Duce admittitur. Torquatus Contius, Cæſarianorum in eo Tractu, pro Fridlando, Præfectus, Anclamio cum ſuis recedit Garziam; cuius munitiones poſtquam cum paucis comitibus Rex exploraſſet, rediretq́; Stetinum, ex inſidijs per Neapolitanos appetitur, capiturque ignotus; ſed, ab Finnis agnitus, liberatur. Tum Colbergæ, Maritimæ Vrbis, obſidionem Hornio, Baudiſioq; imperat Magdeburgum impijs pridem in Deiparam librorum Centurijs, ac geminâ in Cæſarem rebellione, infamis nuper urbs, cui is ſacra D. Norberti oſſa, Pragam deportanda tres abhinc annos abſtulerat, obſidionis ſpecie, veriùs, quàm obſidione, per Cæſareos cingebatur. Illuc ergo GVILLELMVM primò Brandenburgicum præmittit Rex; Tum deinde Theodorum Falkenbergium, ad diſtinendos illic Hoſtes; ipſe in Mekelburgi Ducatum cum Exercitu penetrat. Contius Friderico Sabellio illuc cum poteſtate, pauciſque copijs allegato, fruſtrà Stetinum tentat abſente Rege: ac præter Garziam, Griffenhagam, Colbergam, cetera Pomeraniæ Oppida, Militum defectu permittit Hoſti. Interim Ratiſbonæ habentur Comitia ab Cæſare ipſo, & Electoribus; ubi Albertus VValſtinius, Fridlandiæ, &c. Dux, anteà quidem Veneto, Bohemico, Danico Bellis clarus, nunc Cæſareorum Exercituum ſupremus Ductor, tandem exauctoratur. Mantuâ Carolo Duci reſtitutâ, Miles ex Italia revocatur; & in Germaniâ novus per Cæſarem, Moguntinum, Colonienſem, Trevirenſem, Bavarum, Lotharingum, alioſque Catholicos, in Süecum ſcribendus ſerò decernitur. Nam ad hunc accedunt Friſonum quatuor, Anglorum octo millia; & Cæſareorum fortè plura deficiunt, abdicato Fridlando. Huic, Ioannes Serclaſius, Comes Tillius Belga, Brabantus; Contio, Hannibal Schamburgus Comes, ſufficitur.

LIBER

LIBER PRIMVS.

FERNANDORVM *Acies, & Pugnas dicere Centum* — Propoſitio.
Aggredior; quas VIRGO-PARENS, *delapſa ſupremo*
In Terram Cælo, pro CÆSARE *geſſit utroque*
Bellatrix; quoties & Livor, & Hæreſis, illos
Ibant adversùm; & per Caſtra undantia Campis,
Teutonidûm Gentes in mutua fata trahebant.
Quamquam haud Germanis hæc propria Bella fuêre;
Omnis enim auxilio vênit, ſocialiaq; egit
Agmina, diverſis æquè ſe Partibus addens
Europa; & Populi (quò ſanguis quemque vocabat,
Relligiòve) animis ſunt ſigna oblata ſecuti.
Par Cauſæ Fortuna, Dolus, Vis, omnia: longum
Æquavêre Odium Cædes: nec inania tantùm
Corpora Belligerûm ſtravêre per arva, per urbes;
Sed Capita alta Ducum certo Furor improbus ictu
Légit, & appetijt ſortito vulnere Reges.
Ipſe etiam tantæ occubuit ſub pondere Curæ
FERNANDVS *Genitor; Natoq; Inſignia tradens*
Auguſta, invexit Cælo Immortale Trophæum.
Mox novus (Invidiâ quamquam obluctante) prehendit
Imperij Cæſar Frænos: proprijſq; novavit
Auſpicijs Bellum, quod cœperat antè Paternis,
Süecorum Domitor; & Agri, quem Noricus omnem,
Quemque Süevus arat, Nortlingæ ad mœnia vindex.
Prodijt & contrà, nitidis LEOPOLDVS *in armis,*
Auſtriadûm Soboles LEOPOLDVS. *Et agmina rexit*
Fraterna, accelerans Annos, & idonea pridem
Conſilijs, ſupparque auſis ingentibus, Ætas.
Poſt adeò, Hiſpani votis, atque omine Divûm,
Ad Scaldim, trepidumque Liſam, Fiducia Belgæ
Vltima, ſucceſſu tumidos it Ductor in Hoſtes.
O, qui Teutoniam ſervas ARCHANGELE, *juſſu* — Invocatio.

Numinis,

Numinis, ardeſcens Galeâ, Teloque rubenti,
Quo Stygias redigis ſub Tartara nigra Phalanges:
Suggere, quæ tanti cauſæ, totieſque renati
Quæ ſeries Belli. Dic, quantam rebus in arctis
DIVA-PARENS *ſubmiſit opem.* SIC *Gloria damnis*
Queritur? inque una Vincit ſpes fixa MARIA?

Ædes Lauretanæ.

Littus ad Italiæ Superum, quà turbidus albet
Adria, Picenoſque obtundit gurgite Campos:
Stat Vetus, & Magnæ Matris Natalibus olim,
Nunc & Prodigiis celebris cæleſtibus Ædes,
Lauretum dixêre. Iſtud magis omnibus unum
Diva colit Templis; Opis hic Mortalibus ægris,
Sperata poſuit Sedem, atque Heroïbus Arcem
Chriſtiadis, quos Bella premunt; Hinc prompta miniſtrat
Auxilia, & validas dura in certamina vires.

Ferdinandi II. illuc iter anno ætatis 20. & Christi 1598.

Ergo huc Fernandum, ſua (dum floreſceret ævo
Integer, & Carnis aptus dare iura Styriſque,
Digna Patris Caroli Proles, & dignior Heres)
In Divam Pietas, Græcenſi excivit ab urbe,
Affixitq; Aris. Meditata hic vota loquentem,
Aligeri, excipiunt citharâ, de Fornice ſummo:
Et levis nebulæ obtentu, quò tendere quiſquam
Haud aciem, haud aurem poſſit. Mox, unus & alter
Ad cotem exacuunt Adamanta, infraq; precantis
Verba legunt, Tabulæq; incidunt protinus aureæ.

At medium, placidâ cum maieſtate refulgens
Regina, in ſolio, magnâque in luce, tenebat.
„ *Sis,* VIRGO, *mihi Teſtis, ait: Voſque Agmina Cæli,*
„ *(Ad Lauretanam Cuſtodia pervigil Ædem)*
„ *Quos-mihi-cumque dedit Chriſtus, quos fortè daturus*
„ *Eſt Populos, ſanctis ſub legibus, atque paternâ*
„ *Relligione regam; nec me vis ultima cœptis*

VVadingus in Orat. Funebri Ferdinandi II.

„ *Diſtrahet. Excidiis urbes, caput enſibus iſtud*
„ *Obiiciam priùs, exiliiſque, & carceris umbris,*
„ *Infandæque neci; propriis quàm degere Terris*
„ *Hæreſeon Lernas, ſtygioque infecta veneno*
„ *Monſtra ſinam. Hæc raptis, quoties opus, inſequar armis,*
„ *Perpetuoque petam Bello. Tu, ſi tibi Nati*

„ *Relligio,*

„ Relligio, æternique Tonantis gloria, cordi eſt:
„ Si quidquam de te merui; ſi cognita quidquam
„ Auſtriadûm Pietas, noſtræ Tu ſuſcipe frenos
„ Militiæ; tu Diva meas rege Prima Phalanges.
„ Victrici tibi dona feram, captivaque figam
„ Signa Tholis, ſpoliiſque ſacrabo hoſtilibus Aras.

Aſſervantur Laureti Auſtriacorum Principium pretioſa donaria Ferdinand. I. Alberti & Iſab. Belgij Principum. Ioãnæ, Margaretæ, &c.

Pluribus orabat, demiſſo poplite, Divam
Fernandus, precibuſque diem votiſque trahebat:
Cùm ſuprà, Aligerûm Turmæ, per nubis opaca
Concuſſis ſonitum ſcutis, plauſumque dedêre:
Exuerant ſed enim iam Milite, quiſque Choraulam,
Verſis in clypeos citharis; in ſpicula plectris
Momento. Quin ipſa etiam Regina, repentè
Bellantis ſpecie, ſubitiſque apparet in armis
Terribilis, blandeq; minax, Parmâque Sagoque,
Et niveo galeæ fulgore inſignis, & haſtâ.
Haud ſeſe, in Siſaram properans, æquaverat illi
Debbora, cum thorace animos induta viriles;
Et crines nodo, & ſuras evincta cothurnis,
Et Pharetrata latus, teloque immitis & arcu,
Audenti, mentem, vireſque datura Baraco.

Iudic. 4. Debbora Syriacè Ductrix.

Deiparæ Typus, ex ſententia SS. PP.

Mox Fernandum oculis deſignat Virgo benignis,
Servantem interea vultus, Araſque tenentem;
Aſtanteſque ſimul Pugiles, præque omnibus, ære
Veſtitum penitus MICHAELEM *affatur; & illis,*
„ En, ait, en cujus nobis inimica tot annos
„ Hæreſis, ingentem ducet virtute ruinam.
„ Magnum opus: & (longis illum quod poſcere votis
„ Cernimus) haud tantæ primas admittere curas
„ Militiæ; haud famuli causâ bellare recuſem.
„ Huius ego, vobis partem concedo laboris,
„ Armigeræ Mentes; hæc eſt mihi certa voluntas:
„ Hunc Deus, & noſtri, & caſtæ pietatis amantem,
„ Corruptis Regem Populis dabit; atque per ipſum
„ (Obſtiterint quamvis Fraus, Vis, atque Agmina centum)
„ Dux ego, legitimos ritus & Sacra reducam.
„ At non terrifico tonitru, vel fulminis igne,
„ Oppoſitas vos ipſa velim proſternere Turmas:

Ferdinandæorũ Exercituum Suprema (ſeu ut is appellabat Generaliſſimá) Dux Deipara.

Plus centies totis hiſce Bellis pugnatũ; & Bellatores ſupra millionem abſumpti. Certè 20. conflictus. qui ab Anno 1618. uſque ad 1627. Ferdi-

„ Non

ndo proſperè evenerunt, Veridicus Germanicus recēſet.

„ Non ſum adeo immitis. Satis heu! nimiumq́ nocebunt,
„ Quos Tellus ſclopos, quos ferrea parturit, enſes;
„ His liceat bellare. haud quærere cælitus arma.
„ Quamquam haud abnuerim, Pugnæ in diſcrimine magno,
„ (Fernando cladem dum ſumma minabitur hora)
„ Veſtrûm aliquos ductare Aciem; inviſosq́ per auram,

Vt evênit in conflictibus ad Pragam, VVimpenam &c.

„ Excipere ignitas? retroue repellere glandes;
„ Aut metere adverſos gladio, aut percellere vultu.
„ Cætera, conſilio ſat erit, motuq́ latenti
„ Inſpirare viris animos, mentemq́; Tribunis,
„ Quid deceat; præſens rerum quid poſtulet ordo;
„ Apta ne virtuti Statio, aut accommoda fraudi;
„ Pergendumne ultrà ſatius, vel ponè morandum.
„ Profuerit curare etiam, ne ſæpè vocati

Noluiſſe, imò nequiſſe Turcam Ferdinandi hoſtibus ſeſe adjungere, toties tamque calidè ab illis evocatum, magni prodigij inſtar eſt. Vide Verid Germ. Ita multi ad Palatinū Inferiorē Principes. Ita Hohenloius & Mansfeldius: Saxonici & Sueci, inter ſe diſcordant; item Huſſitæ & Calviniſtæ, & cum vtriſque Lutherani in Bohemia. Styri, Carinthi, Carnioli, &c. Auſtrij, Bohemi, Moravi, Hungari, Palatinici, Francones, &c.

„ (Ecquid enim ſanctumq; intentatumq; relinquet
„ Seditio?) veniant Germanûm ad fœdera Turcæ,
„ Gens inimica Deo, nobis gens Horrida, Turca.
„ His alium ex alio conciſcere iuverit Hoſtem,
„ Sarmaticumque trucemque Scytam; Imperijq́ prioris
„ Vindictâ, ſemper renovantem Prælia, Perſam.
„ Quin & Fernandum contra, quicumque coibunt
„ Teutonici; hos odijs, hos ſuſpicionibus actos,
„ Diſtrahere; & ſtudia in contraria ſcindere mentes.
„ Et ſibi ne quiſquam, aut mortalibus arroget armis
„ Hoc opus; hæc veſtri ſit Pars, & magna, laboris,
„ Ducere in extremam ſortem, & diſcrimina cladis
„ Auſtriaci Turmas; tum deinde hoſtilia retro
„ Vertere conſilia, & latis irrumpere captis.
„ Sic demum errorem ponent, & ſponte novellos
„ Damnabunt ritus, Romanaque Sacra capeſſent.
Finierat Regina; illam ſimul omnis adorat
Aligerûm Chorus, & partes ſe findit in ambas:
Quarum prima, Poli repetentem culmina, Divam;

Ferdinandi in Styriā reditus. Mura Styriæ fluuius longè rapidiſſimus.

Altera Fernandum ſequitur; celſosque reducit
Ad Styriæ Montes, ubi Mura ſonantibus undis
Obſtrepit, ac pulſat Gracenſia mœnia Torrens.
Hic ſatis urbe procul, ſpatijs æqualibus omnes,
Bis ſeptem Ædiculæ conſtant; ubi Gaudia ſeptem

Virginis,

Digitized by Google

Virginis, ac totidem celebrat Plebs Græcica luctus.
Huc quoque Fernandus, Fernandique inclyta dudum,
Acri mente Parens, Bavarûm genus, ire Maria

Iacobus Guſman.

Ipſa pedes, multi Princeps cum Prole ſolebat;
Et calidas proferre preces, votiſq; vocare
Perpetuis, magnam, Hæreſeon contra agmina, Divam.
Inde reverſa domum, captato tempore, carum
Sevocat interiùs Natum; dextrâque prehenſum,
Porticibus ducit longis; ubi picta nitebat
Auſtriadûm ſeries; omneſque à Cæſare ſignat

Vide Michaelem Eizingerum aliosque de Auſtriacorũ Principum geſtis & gloriâ.

Rudolpho genitos, quibus attulit integra famam
Relligio, quorum hæc viguit virtute viciſſim.
Bella Palæſtinas monſtrat repetita per urbes,
Teutonidûmque Cruces, Strataſque in pulvere Lunas,
Chriſtiparæ ductu; pulſoſque Acrone Tyrannos.
Pruſſiacas alibi Pugnas, diſperſaque circùm
Numina, languentes Hircos, Vrſoſque jacentes:
Et Mariæburgum, Divæ victricibus armis

Mariæburgum, Pruſſiæ urbs celeberrima, ab Teutonici Ordinis Equitibus à B. Maria dictis conſtructa.

Nunc urbem veteri ſtantem pro Numine quercûs:
Vnde dabant vani nocturna oracula vates.
Poſt hæc Ottocari cædes; & in agmine primo
Haſpurgæ Gentis decus, Auſtriacæque propago
Rudolphus, denſæque Acies, & funera latè,
Templaque, quæ poſuit, voti reus. Inde recedunt
Arte levi, & rarâ diluti nube coloris,
Cædibus ipſe rubens totus, ſed cingula tantùm

Rudolphus I religioſiſsimus & glorioſiſsimus Princeps, templa vovet, & extruit in honorem Crucis Chriſti.

Candidus, exultans Leopoldus; at omnis in ære
Albertus; viridemque gerens Fredericus olivam,
Et geminas rapiens Maxæmilianus ab uno
Hoſte ſenex Palmas. Medio quin Cæſar in Albi
Eluctatur aquâ, ſpumiſque cientibus undas,
Fernando Carolus cum fratre; è gurgite tollunt
Cornipedes crura, & littus nituntur in altum.
Longiùs, & tenuis iam per veſtigia formæ,
(Prodigiale nefas) Chriſtus de robore pendens,

Lud. Avila, Surius, &c.

Stratus humi; & ſclopi transfixus vulnere coſtas;
Conſpicuique iidem Galeâ, Teloque minaci,
Bellantûm ſpecie, Caſtra inter equeſtria Reges,

B *Ardua*

Digitized by Google

Carolus V. proteſtatus eſt in Comitijs VVormatienſibus anno 1521. ab ſe Regna ſua omnia, Imperium, Ditiones, amicos, corpus, ſanguinẽ expoſitum iri, ne Lutheri Hæreſis longiùs progrediatur.

Ardua Serpentûm Capita, & cum prole parentem
Verſicolore necant, & colla rebellia figunt.
Suprà ſtat Solis, prono ſuper athere, Currus,
Stant & Equi; verſiſque micant cervicibus altè,
Et luci, ſtragique moram dat ſeſſor Apollo
At captus Dux torpet eques, palletque dolore
Saxo perſimilis, lapſove in retia Cervo.
Quin torto quoque crine Iapon, & Seres, & Indi,
Quos ſurgenſq;, ruenſque atris Sol ignibus urit;
Et Numidæ Fuſci; &, (calida gens ſubdita Zonæ)
Æthiopes, ſumma de vertice montis, adorant
Quiſque Crucem ſupplex; fracto ſtupet eminus Arcu
Sanguinea, hirſuta, & varijs implexa colubris,
Impietas; armata iacent quoque Tela veneno.
Hoc Natum Bavara oſtentu extimulabat Avorum,
Ad pulcrum virtutis opus, dignumque laborem.
Inſuetam Bellis ceu fervida fulminis Ales,
Divellit nido; portatque per aëra Prolem:
Et Phœbum iubet obtutu non uſque retorto
Conſpicere, atque oculis haurire procacib[us] ignem.
Tum verò ardentes Pullos demittit in antrum,
Multa ubi ſerpentûm Spolia, exuviæque recentes,
Semeſique artus, & adhuc manantia tabo
Viſcera, virtutis ſpirant monumenta paternæ.
His ſuper, ingentem parvis bibit oſſibus aſtum,
Matris ad exemplum, Soboles; roſtrumq; protervos
Erudit in morſus; in vulnera ſuſcitat ungues,
Rimaturque epulas lambitque animoſa cruorem.

Matris ad Ferd. hortamenta.

Nec ſignis contenta fuit Fernandia Mater:
,, *Inſtitit at monitis. Illo te ſtemmate cretum,*
,, *Et Patre Auſtriaco, & Bavarâ de Matre memento:*
,, *Hinc ſumas exempla, licet; laus propria Gentis,*
,, *Propria Fernandis, hæc eſt; clareſcere cultu*
,, *Numinis; & ferro, ſcelerum reſcindere monſtra,*
,, *Dum reſtat vis una ſuper; ſatis uſque protervos*
,, *Tentaſti (& decuit) primùm illecebriſque miniſque:*
,, *Nil actum eſt; quin Templa etiam poſuêre prophanis*
,, *Ritibus, & vetitos Cœtus, canaſque frequentant.*

De religione Ferdinandorum Hiſpaniæ Regum I. qui magnus 3. qui ſanctus, 5. qui Catholicus vide Roderic. Sanctium Marianam, &c. de Ferd. I. Imp. vide Ioannem Sâbucum, Surium, &c

,, *I meus,*

„ I meus, ô ſanguis, finemque impone labori:
„ Et tibi florentes, ac relligione ſub unâ
„ Concordes Populos Numen, pro talibus auſis,
„ Et Pacem dabit, & felicis præmia Tædæ,
„ Gnatos Fernando dignos Patre, Avoque Nepotes.

Prolem ex Maria Bavara Ferd. 3. Imper. Leopoldum Guillel. Mariam-Annam, Maxim. Bavaro nuptam & Cæciliam Renatam Vladiſlao Poloniæ Regi.

„ Ne tamen exſpecta, dum latè didita Peſtis,
„ Innumeros in te conflârit ad arma rebelles.
„ Tunc vi nil quidquam poteris, nil vindice ferro.
„ Quin potiùs Terris, gens impia pellet avitis
„ Teq; tuumq; Genus. Nimis hæc documenta, tuarum
(Haud externa queror) Sponſi didicêre Sororum.

Annæ & Conſtantiæ ſponſus Sigiſmundus III. Sueciæ Regno, Mariæ Conſtantiæ Sigiſmundus Bathorius Tranſylvaniæ Principatu, & forte vitâ ipsâ ab Hæreticis privati.

Sic Bavara urgebat Natum; cui ſubijcit ille:
„ His pro conſiliis tibi, Mater provida, grates,
„ Reffero; perficiam, quæ cœpimus. Id tua pridem
„ Et Pietas iubet, & noſtri reverentia Voti,
„ Et Divæ Genitricis honor, cui talia quondam
„ Sum quoque pollicitus, Laureti acclinis ad Aras.
Hæc fandi parcus, reſponſa breviſsima reddit.
Largior aſt operum Princeps, Græcenſis ab Arcis
Culmine, decreti ſignum, nec futile, Belli,
Præconis clangore dedit; iuſsitque Lutheri
Cœtibus Indigenas, vetitiſque abſiſtere ſacris.
Ni faciant, Tectis, Patriâque excedere Terrâ.

Hæreticorum obſtinatorum in alias Provincias diſceſſus.

Abſiſtunt aliqui; ſed queis & corde ſub imo
Hæſerat, & Patriâ potuit quoque carior eſſe
Vana ſuperſtitio, Styrij ceſsêre, Carinthique
Exilio, & iuſsi Gentes adiêre propinquas.
Dumque iter ingreſsi procedunt agmine longo,
Cum Sponſo Coniux tardâ cum Prole Parentes,
Devenêre locum magnum, Lætamque virore
Planitiem, cuius medio ſtat Saxea ſedes

Haud procul urbe S. Viti in Carinthia.

Arte rudis, ventoſque ferens, & frigus, & imbrem.
Hoc pridem Populi faſces in marmore, Princeps
Sumere, Paſtoris ſpecie, cultuque ſolebat
Purpureos inter Proceres, Lituoſque, Tubaſque,
Et Vulgi plauſum, & volitantia ſigna per auras
Paſtor adhuc; donec vicinam abductus in Ædem
Virginis, excelſumque in montis vertice Templum,

Templum hoc Deiparę vocant ſeu B. Virginis à ſolio.

Ante-pedes Diuæ, Trabeâq́, Ducisq́; Coronâ,
Induitur. Cautem tum deinde reverſus ad illam,
Regnantisq́; ſedens cultu, ius dicere coram
Aggreſſus, reſecat lites & iurgia tollit.
Quæ loca dum profugi triſtes ſtratique per herbam
E tumulo adſpiciunt; moremque hunc ordine narrant;
,, En, illos inter rerum doctiſſimus, inquit,
,, Hic lapis, hoc Pratum, hoc templum eſt, ubi ritibus iiſdem
,, Imperium quoque Fernandus, nec numine noſtro
,, In Carnos puer accepit quos denique duris
,, Percutit Edictis, Patriaque excedere mandat.
,, Sic ego tunc metuebam animo, rebarque futurum
,, Quod patimur: Quando ante ſuæ ſimulacra Mariæ,
,, Vota dabat ſupplex (aderam ſpectator & ipſe
,, Viſendi ſtudio) totus ferveſcere vultu
,, Incipit, & iam tum meditari ingentia facta.
,, Ipſa quoque effigies Diuæ (mirabile dictu)
,, Annuere oranti viſa eſt, ſpemq́; addere votis.
,, Aſt ô ſit potior, quam morte turbimur, vna
,, Libertas; Patriæ facilis iactura; quies eſt
,, Fortibus omne ſolum; Patria eſt mens conſcia recti.
,, Et iam Veſper adeſt, quid fando abſumimus horas?
,, Hâc modò pergendum ſocij. Pars altera ſparſi

Diverſa exilia.

Boiemos Moravoſq́; petit, notoſq́; Luthero
Saxonas; at propius, ſperatam habitura quietem,
Auſtriaco, defeſſa viæ, ſtetit altera Tractu.

Auſtriæ deſcriptio.

Hunc, Oeno tumefactus, init, muriſq́; profuſus
Paſſaviis, medium, (nondum Iſther) diuidit ingens
Fluuiorum Rex Danubius, primumq́; benignis
Collibus erectam, cliuoq́; cadentibus arvis,
Explicitam rigat, & defendit gurgite Terram:
Fœcundam penitus Terram, frugumque parentem

Auſtria duplex, ſuperior, ſaltuoſa; inferior plana.

Omnigenûm; & cuius ſterileſcunt viſcera nuſquam.
In Partem quamcumq́; pedes, aut lumina vertas,

Vtraque feraciſſima.

Pinguis vbique tibi Tellus, & prodiga paſſim
Delitijs blanditur humus: ſic flumina currunt,
Gramine luxuriant ſic Paſcua; floribus Horti,
Atque umbris Nemora; & pictis viridaria pomis;

Atque

Atque feris ſilvæ ſaliunt, & Piſcibus Amnes.
Cætera quid memorem? cultis Bacchuſq́, Cereſque:
Et crocus, haud cultis etiam flaveſcit in arvis.
Vix aliâ, primùm Mundi naſcentis in ortu,
Terreſtris facie, riſit Paradiſus Adamo,
Pulcher ubi ſquammis, & picto corpore Serpens
Invidus, in fraudem Sponſam impulit, illa Maritum; Gen. cap. 3.
Hic totum Genus in crimen, pænamque coëgit;
At Pater Omnipotens, prono dum Sole tepentis
Sibila per Zephiri, lenemque deambulat auram;
Fraude dolens, Colubrum affatus, Tibi fœmina, dixit
,, Proteret una caput Victrix, Teque inter & ipſam
,, Progenieſq́ adeo veſtras, ſeroſque Nepotes,
,, Ponam inimicitias, & Bella perennia Vindex.
Ex illo Pugnæ; & quoties calcata, Mariæ,
Colla dedit Serpens: fœcundo gutture monſtra
Suffecit toties, atque in nova bella revixit,
Prole novâ. Quæ non auſæ concurrere Peſtes, Hæreſis occupat duas tertias Germaniæ totius, ait auctor du Progré & decadence de l'Hereſie à la pourſuitte de Florimond.
Hæreſis, & durâ cervice Rebellio? Queîs non
Geſta fuêre plagis hæc prælia? quanta per Orbem
Tenditur, huic tota eſt Tellus permiſſa Duello,
Cui nunc omnis erit Germania, & Auſtria, Campus.
Vrbs eſt Pannonias inter, notiſſima famâ,
Quæ magnum ab tenui nomen Torrente Viennâ, Viennæ Auſtriacæ deſcriptio.
Servat adhuc; dudum Romanis inclyta Bellis:
Aggeribus muroq́, & grandi impervia foſſâ.
Murum Danubius lambit, qui cætera præceps,
Hic tardus, curvat ſua brachia; ſcilicet, ultrà Danubij brachia quatuor.
Ne properet, pulcræ retinetur amoribus urbis.
Pulcrior haud viſa eſt Vrbs Gentibus ulla remotis,
Cæſaribuſque, Larem quoties, atque æthera purum
Poſthabitâ perſæpe Pragâ, optavêre Viennæ. Vide Bonfin. Decad. 4. l. 5.
Quin etiam Cæli Reginæ hîc ponere Regnum,
Et ſedem armorum placuit, Bella omnia contra.
Ni faciat, pridem Impietas, pridem Hæreſis, Anguis
Tartarei ſoboles, infandis ritibus urbem
Expugnent penitus, vertantque in crimina merſam.
Sed ſua cœligenas ſparſit per Templa, cohortes

Præſidio,

Solymannus Viennã, probrum ſuum appellat, quod eam anno 1529. cum trecentis quadringentiſve armatorum millibus fruſtra aſſilierit, octoginta circiter millibus aſſultu & fugâ turpiter omiſsis tantundem fere amiſit Ann. 1532. reverſus in Auſtriam Surius & alij.

Præſidio, & muris auſos accedere Turcas
More nivis denſos, condentis & arva locuſtæ,
Impulit in præceps. Laceras hac ſtrage Phalanges,
Thracia redduxit trepidans Solymannus in arva.
Altera ſucceſſit Peſtis, blandumque Venenum
Teutonia coràm in magnâ, furtimque Viennæ,
Hæreſis afflavit Populis. Patulâ ebibit aure
Credula Plebs virus, animiſque lubentibus hauſit
Dulce malum, proprio ſinitur dum fingere Vitam
Arbitrio, & Legum frenos exire priores.
Reſtitit inſignis Pietate, inſignis & armis
Fernandi Fernandus avus; qui Teutonas idem
Imperio, Hungaridas regno, Bœmoſque tenebat
Poſtquam illum tabes, fractique laboribus anni
Intulerant Cælo, & ſtellata Numinis Arci:

Obijt An 1564.

Lenta procùl Peſtis ſe per Veſtigia ſparſit
Deterior, ſemperque magis contagia latè
Exeruit; donec ſortem miſeratus acerbam
Matthias Cæſar, qui (quando & debile dudum
Corpus erat, fructumque thori Lucina negabat)
Fernandum Styriâ concivit ab Vrbe Viennam,
Vt conſanguineo proprios transferret honores.

Vaticinia Ioannis Lichtenberg. Guillelmi Epiſc. Vormatienſis

Teutoniam interea vulgarat Fama per omnem.
Egregium antiquâ pietate, & pectore, certis
Promitti fatis Regem, qui frena capeſſet
Imperij, longoque ſcelus, longo horrida Bello
Hæreſeon ſternat portenta: Hac Numine plenos,
Nec faciles falli, dictaſſe oracula, Vates.

Item Iacobi Rhem è Societate Ieſu ſacerdotis.

Talia præcipuè Bavaris, Sueviſque canebat
Rhemnus; & mentis candore inſignis & ævo.
Sæpe pij Manes (quos luſtrica flamma piabat
Exortes vitæ; & nondum regione receptos
Sidereâ, vrebat pœnis victricibus ignis)
Nocte illum mediâ triſtes, notoque ſuſurro,
Impulſaque levi Porta, excivêre iacentem,
Vt Divæ ſua vota daret, pœnaſque levaret,

Palatinatûs Neoburgici ad Catholicam Religionem converſio &c.

Supplicibus, redimens incendia debita culpis.
Sæpe illi, ſolio cæli delapſa ſupremo,

Virgo.

Virgo-Parens, illi roſeos in lumine Vultus
Oſtendit veniens, rerumque ex ordine cauſas
Prodidit occultas, & poſt ventura retexit,
Quæ trepidis recitare ſenex mortalibus ultro
(Durior ingrueret quoties fortuna) ſolebat.
Sic, ubi præcipiunt mortem labentibus annis,
Dant leti cantum; ſicca inter aromata Phœnix,
Humidulos inter fontes, & gramina, Cygnus.
Aſt, ea ſignari per Vatum oracula, Regem
Fernandum, oſtendit; mox Cæſar in Arce Viennæ,
Dum coràm adſtanti, Tu filius, inquit, & Hæres
„ Eſto meus; natura mihi negat, eſſe Parentem,
„ Relligio dabit: & facies, ne Prole carere
„ Te vivo poſſim. Tantùm, quas imperat illa,
„ Strenuus aggredere, & forti gere pectore Pugnas.
„ Non laudis, Fernandus ait, Regnive cupido,
„ Impulit Auſtriacæ me fræna admittere Gentis,
„ Contentum Caroli pridem ditione Parentis
„ Sed tua iuſſa, Pater, tum, cui me debeo, caſtæ
„ Relligionis, amor, ſupponere colla coëgit
„ Huic oneri. Iuvat, ò, iuvat hoſtibus undique cinctam,
„ Hac Animâ, &, letho ſupèr incumbente, tueri.
Inde Pragam, Regni mediumque, decuſque Bohæmi,
(Quæ tres una ſibi muro complectitur urbes
Quam totidem fluvijs totidemque coloribus amnem
Diſtinguunt; reliquos ſed maior Moldavus illic
Abſorbet, maiore exin ſorbendus ab Albi)
Lætus abit Cæſar, fratrem Æmilianus euntem,
Fernandus Patrem, Hyriâ, cum Pube ſequuntur.
Omnis equis tegitur latè via, ſurgit in auras
Atrâ nube cinis; colles vallesque, Tubarum
Cornipedumq; ſonant fremitu, nolæq; frequenti
Tinnitu, dum ponè trahunt veſtigia muli,
Purpureo inſtrati panno ſub pondere tergum
Impoſito gemit; acclini ſtat vertice pluma
Verſicolor, quam Pavus iners, quam ſtrutio caudâ
Geſſerat, & flavo cervix ruit apta capiſtro.
Ergo minis, ſcuticiſque inſtant, & verbere torto
Deciduos

Ea & typis publicata & fidem ex eventu obtinuerunt.

Annus Chriſti 1617.

Pragenſis Vrbis deſcriptio.

Pragam proficiſcuntur Matthias Imper. Maximus & Fe[r]d. Archiduces.

Deciduos vrgent, flagri ad momenta, Magiſtri.

Deſignatur ab tribus Bohæmiæ Ordinibus Ferdinandus, coronaturque Bohæmiæ Rex.

Vt primùm tenuitque Pragam, totoque coëgit
E Regno Proceres Cæſar, cunctoſque popoſcit,
Fernandum ut legerent Regem; mox ordine longo
Aſſensêre omnes, Regniqúe Inſigne dedêre,
Cum cydari ſceptrum; lætus ferit æthera clamor,
Atque novo Tormenta tonant muralia Regi.

Lucifer ſerpens antiquus.

Audyt è medio Cocyti gurgite Serpens,
Antiquus Serpens, Serpentum tartareûm Rex:
Arduus, horribilis, centum collectus in ulnas
Dum iacet; at longè porrecta volumina tendens,
Dum volat, & tabo vitales inficit auras.
Lucifero vertex cui cingitur igne, coronæ
In ſpeciem, nigrâq; vndant terga hiſpida pallâ,

Serpentum varia ut & Vitiorum genera.

Angues innumeri circùm, varijq; ceraſtæ,
Artifices ſcelerum; ut formâ, ſic arte nocendi
Diverſi: Qui furtim afflant mortalibus iram,
Linguâ, oculis, criſtâq; rubent, & picta Draconi
Pectora conſimiles; Qui prælsa, cornibus extant
Taurinis. Qui fraude valent, imitantur amicas
Sirenes; ſed & Errorum, Hæreſeonq; Magiſtri,
Inſuper aſſimulant Polypos, blando ore decori,
Humanoq; hilares vultu; ſed faſcinus ater
Eſt oculis, flammiſque riget nigrantibus Hiſtrix.
Inuiſæ ſuperis Formæ, Phlegetontica Monſtra,
Pinniſque penniſque agiles, pedibuſq; citatis,
Sive opus eſt Terras celeri pervadere curſu,
Sive opus eſt fluvios tranare, vel aëra magnum.

Conventicula Hæreticorum Pragæ.

Harum Partem aliquam, vaſtis è faucibus Orci
Fumeus egeſſit vapor, expoſuitque Pragenſis
Vrbis tecta ſuper, dum primâ nocte, crepantis
Indicio ſclopi, variâ regione viarum
Plurimus Hæreticûm cuneus, de more coïſſet.
Iamque inter ſeſe taciti conſulta ferebant;
Cùm ſubitò ſtridorem aliis, linguiſq; dedêre
Sibila ſerpentes, & nigrum virus ab alto
Iraſque inſidiaſq; atque aſpera bella, ſedentûm
Inſpirant animis; reliquam mox agmine facto

Pervo-

Pervolitant celeres, & ijſdem viribus omnem
Teutoniam inceſtant, & ad arma doloſque laceſſunt.

Germaniæ magna pars corrupta.

Tum verò, Bemis nimiùm metuenda videri,
Fernandi cæpit, nuper conceſſa, poteſtas.
Quærere tunc odij cauſas, nullâque repertâ,
Fingere pro veris varias, & Bella ciere.

Bohæmorum de Ferd. ſuſpiciones, Artes, violentia.

Ingemuit facto Fernandus; & Arma Viennæ
Comparat. Hac belli ſedes; hinc prælia geſſit,
Hinc ſocias egit procul in certamina Gentes.
Ceu, qui ſidereum Præſes rotat Aliger Orbem;
Diſtantes rapit vnà Orbes, rapit omne quod infrà eſt,
Immotus: libratq; vagis momenta Planetis,
Fulmineaſq; faces, Tempeſtatumq; procellas,
Et tonitru ciet, & nubes committit & ignem.
Sæpe etiam ſtructas Acies, & in äëre ſummo,
Pugnarum ſpeciem trepidis mortalibus offert.
Haud aliter, nequijt dum plurima ducere præſens
Bella ſimul; celſâ Fernandus ab Arce Viennæ,
Caſtra egit diverſa procùl; rerumque Magiſtris
Et leges dedit, & docuit, qui vincere poſſent
Ipſe tenens frænos, iuſſiſque perennibus vrgens.
Primus in adverſos Legatus Cæſaris, ivit
Pectoris invicti Dampirius; atque Bohemûm
Bucquoius domitor; quos poſtquam interrita Virtus,
Et præceps Mavortis amor, laudiſque cupido,
Egit in Hungaridûm ſclopos, plumboque perêmit;

Henricus du Val Comes Dampierius.
Carolus de Lõgueval Atrebas ex Arteſiâ Belgij Provinciâ, Comes Bucquoius, Baro Vauxius, &c.

Armorum ſupremæ fuit conceſſa poteſtas
Valſtinio; hic frænum paulatim admittere iuſſit
Teutonas extremos, quique Albim, quique Viſurgim
Sub ditione tenent, & Balthica littora Ponti.
Hic Meckelburgæ Dominos, haud iuſſa ferentes
Cæſaris, extruſit Terris: pariterque procacem
Stralſundam, magno circumdedit agmine vindex.
Dumque eius fortuna, & formidabile nomen
Nutantes antea Populos terroribus implent:

Albertus Valſtinius.

Hyperbaton ſeu trãſitus ab anno 1617. ad 1630.
Quæ annis intermediis geſta ſunt, poſtea dicentur in loco.

En novus adventat Fernandi Cæſaris hoſtis,
Vandalidûm Guſtavus, agens, Suecûmque Gothûmq;
Navibus innumeram, per cærula ſpumea, Pubem

Annus Chriſti 1630.
Guſtavus Adolphus Succorum, Gothorum & Vandalorum Rex.

Magnus Princeps Finlandiæ, Dux Eſthoniæ, Dominus Ingriæ, &c.

Diviſum proris ſtridet Mare; iamque propinqui
Littoribus, Conchâ dant feſta celeuſmata Nautæ,
Portum aſpectantes; omnis clamore reſultat,
Et iucunda rogis; Stralſunda micantibus ardet

Eius in Rugiam Inſulam cum Exercitu appulſus.
Stralſundæ Obſidionis ſolutio.

Regis in adventu, quem iam cœpère vereri
Cæſarei, & retro Turmas procul Vrbe reducunt.
Ast Sueci Terram Iuvenes, è margine cymbæ,
Inſiliunt. Largo ſuccincta per ilia fune,
Pendentes mittuntur equi, dein multa ſupellex,
Tela, globi, Galeæ, Vectes, Tormenta, Ligones,
Liventiſque nitri, atque arſuræ cannabis vrnæ.
Vrbem Rex operis, atque apto milite firmat:

Vſedomiam, VVolgaſtam VVollinam, Penemundanam, Diurnam &c. occupat. Tum Stetinum Pomeraniæ caput a Bogiſlao Duce admittitur, & Stargartam, Cæſareorum deditione. Dieta vt vocant, Ratisbonenſis.

Oppidaque, erumpens, Pomeranica plurima captat
Quæ, Gentis vel fluxa fides, ſubitusve recludit
Guſtavo terrente pavor; vel Contius, impar
Cæſareum Ductor, tum vi, tum ſponte, relinquit,
Dum raros paucas ſocios modò cogit in Arces:
Concilium intereà Cæſar concivit in Vrbem,
Danubium quà Regnus init, quam Conditor olim
Tiberius, proprio Tiberinam à nomine dixit

Pax Italiæ.

Noſtra Ratisbonam, ratium de Pontibus Ætas.
Illic Italiæ, & Victæ tibi, Mantua, nuper,

Valſtinius iam Fridlandiæ, &c. Dux, exauctoratur.

Reddita Pax. illic Belli, quam geſſerat usque,
Valſtinio, Patrum precibus ſublata poteſtas,
Et data Serclaſio; multis qui ſcilicet annis
Duxit caſtra ſenex, quæ Bæmi ab origine motus.
Fernandi ſocij plus centum aluêre talentis
Ergo Acies vnus geminas ſub Virgine Magnâ,

Ioannes Serclaſius Brabantus Comes Tillius ei ſufficitur.

Ipſe exors etiam Thalami, ſervanſq. pudorem,
Inſignis Pietate, armis invictus agebat
Tillius; & magnam lentâ obſidione domabat

Magdeburgicæ obſidionis lenta initia.

Meidburgam, fidentem animis, & Turribus altis;
Quas extra muras, rapidumq. locarat ad Albim;

Cauſæ

Perfidiæ memor, & deſerti, Cæſaris iras
Plebs metuens; ſed enim per Bella noviſſima demens,
Regibus, ac primùm Dano, nuperq. Sueco,

Rebellio in Cæſarem.

Dextram in Fernandum, & ſocialia iunxerat arma.
Atque hæc Serclaſium: ſed maior cauſa procacem

In

In Populum, Divæ pectus, mentemq́ benignam
Exacuit; longa eſt iniuria. Teutonas inter
Quos pridem Hæreſeon vis impulit, ille Mariam
Præcipuè appetijt probris, & traxit ab aris
Culta diu ſigna, & priſcos evertit honores.
Quin etiam prelo procudere ſcommata mille
Auſus, & infami ſannas vulgare papyro;
Vnde Sibi, in Divam, lymphati more Typhæi,
Illyricus, ſocijq́ hauſerunt tela gigantes,
Fulmina iam dudum meriti: ſed diſtulit illos
(Si fors pœniteat) ſpretæ clementia Matris.
Aſt odium poſtquam haud leniri tempore tanto;
Vſque ſed in ſeros etiam tranſiſſe Nepotes
Nube ſedens rubeâ, cœlique à cardine Vidit
Regina, innumero ſtipata examine Divûm;
Avertens Meidburgo oculos, Vultumq́ minacem,
„ Cogor, ait, probris mœrorem iramq́ fateri
„ In Cives, Norberte, tuos: Gentemq́ protervam;
„ Pacis amans. nec Bella fero, at illata repello,
„ Atque illita diu, Sannis abſiſtere diſcant
„ Sacrilegi, linguis ferro flammâve reciſis.
„ Nec veniam indignis ora; quam largior vltro,
„ Si crimen revocant Et cur Patronus haberi
„ Suſtineas vrbi, quæ te dignata magiſtro,
„ Legitimos ritus, abs te data ſacra, revellit:
„ In qua iam retines nil præter inane ſepulcrum.
„ At tibi (me ſi fortè aliquid concedere dignum eſt)
„ Concedo, citò ne pereant. Det longa caducis
„ Obſidio, pœnæq́ moram, tempuſq́ dolendi.
„ Nec quidquam ſuper exores, abſiſte precando.
Dixerat, atque genas oculoſq́ accenſa decenter,
Caſtra ſuper iecit Telum, cui flammea cuſpis,
Flammeus ardet apex, lucenteſque ignibus alæ.
Proiectum medias Telum vaneſcit in auras.
Protinus; & Virgo, Cæli in ſecreta, receſſit.
Accipit inſolitos imo ſub pectore motus,
Damnataq́ Vrbi loca proxima, plurima miles
Occupat, inque agros ferro bacchatur & igni.

In Dei Matrem impietas.

Centuriæ Magdeburgicæ aduerſùs Deiparam.

S Norbertus Magdeburg. patronus

Abhinc annos tres Ferdinãdus D. Norberti ſacra oſſa Magdeburgo Pragam auehi curarat.

Arctiùs Vrbs obſideri cepta, occupatis per Tillium Proſã, Calbã, Stalfurto &c.

LIBRI SECVNDI

Argumentum.

DVm Bella in Boreali Germaniâ geruntur, in Auſtralem ab Hiſpaniâ demum perducitur Princeps Maria, Philippi IV. Soror, Ferdinando III. Hungariæ Bohemięque Regi deſponſa. Poſteaquam hæc Barcinone quatuor omnino ſuperioris Anni hæſerat Menſes Portu Vẽtis infeſto; Iunio denique quatuor ſupra viginti Triremes in Italiam ſolvit. Claſſis Præfectus, Albæ Dux; Vexilla, Nautarumque Veſtes, rubro effulgebant. Genuæ excipitur magno apparatu, tum ab ipſo Genuenſiũ Duce: tum à Dieſtertinio Cardinale, Cæſaris nomine. Hinc per Italiæ, plena delitijs loca, Venetias, atque hinc denique in Auſtriam tranſit. Tranſeunti Vrbanus VIII. Pontifex Summus, alijque Principes, ſalutem per Legatos quiſque ſuos miſêre. Ad Germaniç fines occurrit Leopoldus, Cæſaris Frater cum multa Nobilitate; cumque Claudiâ Vrbinatiâ, Coniuge ſuâ, Viennam uſque comitatur. Proximè hanc obvius quoque fit Rex Sponſus, & in Vrbem perducit eques ipſe ſub umbellâ, quam Senatores Vrbis, Pedites ſuſtinebant. Celebrantur maximâ frequentiâ, luxu, lętitiâ, ludiſque nuptiæ. In his Rex Victor evaſit ex triplici merito. Intereà non aſſuëti modò, ſed innati quoque frigoribus, Süeci, Lapones, Finni, Cæſareos Griffenhagâ primùm, tum & Garziâ Schamburgum, Præſidiarioſque bis mille, Francofurtum vſque, Landſpergamq; propellunt. Ambæ ſunt Vrbes; illa locupletior, ampliòrque ad Oderam; hæc arctior munitiorq; ad Wartam fluvios. Propulſis, ſaluti fuit fides Pręfecti Cuſtriniæ Arcis, quæ eſt ditionis Brandenburgicæ in utriuſque Fluuij concurſu, inter utramque Vrbem æquali ferè ſpatio. Perculſus hoc Schãburgi receſſu Tillius, traditâ tantiſper VVolfango Mansfeldio Magdeburgicę obſidionis Præfecturâ, aliquot inde Legiones abſtrahit Francofurtum, quarum Virtute, Suecos ſub Guſtavo Hornio, Regis (vt fama eſt) fratre Notho, Lanſpergam cingere molientes fugat; reparatoque Exercitu, in Regem, qui Neobrandenburgam, Melchinium, Damminiũ, aliaque Meckelburgici Ducatûs loca, Sabellij ægritudine, Cæſareorumque feſtinatâ deditione acceperat, contendit. Felſbergam in viâ primùm;

inde Neobrandenburgam aſſultu recuperat, conciſis vtrobique Süecicis. Aſſultûs autem ad Neobrandenburgam Teſſera ab Tillio data, fuit Iesvs Maria, cui milites addidêre, Tilly im feld, Tillius in Campo. Rex ergo, Prælij fugiens, Stetinum redit, & NeuAngermundam, vbi advenientibus è Sueciâ, Pruſſiâque Armatorum millibus ſeptem, Oderam, Ponte; Pontem, ſuaſque (poſitis ad Ripam, inſtarque Inſulæ cinctis fluvij brachio aggeribus) Copias, firmat. Deſperans hinc eum ad Pugnam elici poſſe, ad Magdeburgum Tillius redit. Interim Colberga, poſtremum Cæſareorum in Pomeraniâ Præſidium, & celebri ad Mare Balthicum, Portu, & munitionibus inſuper, ac obſidione ſemeſtri nobile, Hornio deditur. Ac pro Magdeburgenſibus, Saxoniç Brandenburgiæq; Electores, Proteſtantes, tum Vrbes pleræque omnes, Concilium habent Lypſiæ; vbi obſeſſis opem, cum Sueco fœdus, decernunt. Hic autem ineunte iam Aprili, Francofurtum vi, Lanſpergam deditione obtinet, imminetque Sileſiæ. Cæſar pro hac, Bohæmiâque inſuper, Auſtriâque ipsâ; Provinciis Milite iam nudis, anxius, iubet (ſi quidem è re ſit) deſerto interim Magdeburgo, Tillium Regi occurrere. Sed Rex, conſilio certè non optimo, intentatâ Sileſiâ, ad Magdeburgum accurrit; & precibus armatis varias à Brandenburgico obtinet Arces præcipuamque cæterarum, Spandauiam.

Magdeburgenſes toto ſeſe Martio Propugnaculis circa Vrbem erectis munierant; ſingulaq; inſcripſerant nominibus, Tillio, Papenhemio, alijſque Cæſareorum Ducibus, ſanè probroſis. Sed ea ipſimet, vel vi, vel Præſidiariorum penuriâ, imò & ſuburbia, novamque Vrbem, Aprili menſe, deſeruêre. Ex hac maximè Parte, per Papenhemium fulminata, & denique expugnata Vrbs eſt Et quidem medio Maio, ex aggeribus octo, & Tormentis trigintà, verberata fuit per triduum, ſtrepitu maiore quàm damno. Tum Tillius decreto ad occupandum Regis adventum, aſſultu, tertiò iam Adminiſtratorem Falkembergium, Senatumque Magdeburgenſem per Tubicinem litteraſq; admonet atque obteſtatur, ne deditionem protrahendo, ſeipſos Civeſque extremo diſcrimini omnes obiiciat. Illi accedentis iam Regis nuntio erecti, protrahendi cauſas quærunt, orantque liceat Legatos ad Saxonem, Brandenburgicum, & Lubecenſem Senatum mittere, qui de periculo doceant, interimque ab armis quieſcere. Reſpondit per Tubicinem Tillius, armorum quietem dare ſe nullam, Legatis tranſitum, ſi quidem advenerint, ſanè daturum. Sed nulli advenêre, excidio ſcilicet occupati. Quippe nocte, quæ vigeſimam Maij diem antecedit, cùm ſupra mœnia militibus permixti Cives ſtetiſſent,

Cæſaria-

Digitized by Google

Cæſarianorum receſſum ex eorum ſilentio, Regiſq; Sueçici acceleratione ſuſpicati, domum plerique, quietis gratiâ redierunt, orto iam ſole. Falkembergius autem ac Senatus, de remittendo ad Tillium Tubicine, & poſtulando ad deditionem colloquio, Conſultationem in Ciuica Domo inſtituunt. Sed comparatis iam ad aſſultum ſcalis, tertiò rogatus ſignũ Tillius poſt binas Precationis horas, averſo ab rogantibus vultu, pronuntiauit, IESVS MARIA. Hoc indicio, Cæſarei ſub ſeptimam matutinam ab quatuor Partibus diuerſi aſſiliunt. Ternis aſſilientium Agminibus præerant Mansfeldius, Holſatius, Papenhemius; quorum hic primùm irrumpit per humile malèq; propugnatum raro Defenſore vallum; atque ſub Decimam intro ſe penetrant alij, ferroque ex more ſæuiunt. Ferro flamma ſucceſſit, nihilo mitior. Paucarum enim horarum ſpatio; urbem evertit ipſa, ex occultis nitrati pulveris vaſis erumpens. Incendij Auctor incertus. Alij caſum, alij pereuntium deſperationem notant. Propagator Ventus vehemens, Meridie exortus Templa, domus Homines, eo paſſim ſubitôque arſêre. Templorum duo & flammis exempta; & alia, duo miſeris perfugium fuêre, Cathedrale S. Mauritio, & Præmonſtratenſe, Virgini Deiparæ ſacrum. Quot homines ferro, flamn âve extincti, incertius. Septem millia pro magnitudine atque frequentià Vrbis, vix ſatis ſunt; viginti quatuor plùs ſatis. Certè domus Vrbis omnes præter Piſcatorias ad Albim centum quinquaginta, everſæ. Hanc Druſus Vrbem olim in Prato poſuit; & in eà Veneri Templum, vnde illi nomen Parthenopolis, & Deæ cultus acceſſit. Huius ibidem ſimulacrum, curru vectæ viſebatur, pectore facem, dextrâ Orbem Mundi; ſiniſtrà autem, mala aurea geſtantis: ponè Charites tres, manibus inter ſe implexis. Pòſt, Chriſto dudũ adiunctæ, & Ottho Cæſar Archiepiſcopalem Vrbĩ dignitatem ab Romano Pontifice, & Vrbem Editha Coniux in dotem ſibi ab Otthone impetrat: in cuius foro ad hunc uſque Annum, ingens, & pervetus viſitur Rolandi Bellatoris celeberrimi ſtatua Hæc de Magdeburgi ortu Antiquitas, de excidio Ætas noſtra referunt; ſtupebit dolebitque Poſteritas, tantam Vrbem vno poſt admiſſam Hæreſim ſæculo tam derepentè, tam funditus deſtructam. Certè Deiparæ in Magdeburgenſes Centuriatores eâ clade vindictam, haud ex vano aliqui opinantur.

LIBRI

ROMA

Digitized by Google

LIBER II.

Adventus Mariæ Hiſpan. Infant. Viennam.

INtereà Hiſpano, formoſa MARIA PHILIPPO
Regi cara ſoror, venit expectata Viennam,
FERNANDI ad Thalamos; cui Bœmus & Hungarus uni
Contulerant ſceptrum, geminique inſignia Regni.
Cui ſuus hanc & Gente parem, Fernandus, & ævo,

Mora Barcinonenſis.

Optârat Sponſam Genitor: quam Barcino Portis
Acceptam, magno dudum retinebat amore,
Dum Pelago incumbunt Zephyri, prohibentque paratam
Vela dare; & ſtrepero Claſſem deducere Portu.
Hos odio Gentis, fluctus, auraſq; movebat
Dux Erebi, Prolemque Thoro metuebat ab illo,
Quæ reliqua Hæreſeon radat veſtigia, ſi qua
Forſan Avi, Patriſque ſupèr non æqua labori
Vita ſinet, dudum, fœdis inoleſcere Terris.
At Princeps tantas dudum indignata procellas,
Sola petit Turrim, cujus de vertice, vertex

Templum Deiparæ in Monte-ſerrato.

Virgineæ (quamquam longa eſt via) cernitur Ædis,
Exeſum penitus Montem ſuper; inde rigentis
Cum ſpecie Serræ, nomen Mons ſumpſit ab illa.
Isthic Saxa inter, cor molle, ſinuſque benignos
DIVA gerit miſeris; & opis monimenta recepta,
Pendent Loricæ, Clypeique, atque hoſtibus Enſes
Vinclaque remigibus detracta, & Roſtra carinis.

Gladius & pugio Ignatij de Loyola.

Hîc etiam Ignatij Gladium Sicamque requirit,
Perluſtratque oculis, quiſquis ſeſe Advena greſſu
Huc tulit, è ſumma pendentes fronte columnæ;
Quæ tibi Loyolides, Divûm ô Regina ſacravit
Militiæ vana exuvias, Altaria propter

Perno-

Pernoctans, Temploque vigil dum durat in illo,
In ſtygium rogitans, Duce Te, nova Bella Draconem.
Mos vetus: & qualem ſervabat Iberica Pubes,
Cui fuit in Votis, Equitum per Regia Caſtra
Adſcribi in numerum. Ferrei nam corpore toto
Stabant, & noctem Templo, inſomneſque trahebans. Vigiliæ Armorum Hiſpanis Equitibus indictæ.
Forte rudimentum; & laudis ſpes magna futuræ.
Ergo huc proſpiciens; de ſummâ Nupta feneſtrâ
Audens voce vocat, timido nec pectore, Divam.
,, Si tibi coniugium, Mater, placet optima noſtrum;
,, Diſceſſûs præſcinde moras; compeſce Procellam
,, O Domina, & Famulæ ne reÿce vota precantis.
Cætera verba rapit rauco cum murmure ventus,
Serratumq; preces deportat in uſque ſacellum.
Mox turbata gravem convertit in æquora vultum Sedata tempeſtas
Virgo-Parens, fluctuſq; atros nubeſq; e ſerenat
Momento; ventumq; trucem, qui flabat ab Orta,
Flectit in Occaſum. Nunc auris Verſa ſecundis Diſceſſus Claſsis è Portu, & Genuam appulſus.
Vela tument, placidoq; volat ſuper æquore Claſſis,
Et Lygurum Portum, Genuamq; adlabitur Vrbem.
Hinc per & Inſubriam, per & altas ducitur Alpes,
Perque nives (nam ſævit Hyems & frigora mordent)
Quadrijugo curru Regina; aſſiſtit eunti
Itala nobilitas, occurrit & agmine denſo
Teutonica, & gaudens comitatur in uſque frementem,
Concurſuq; virûm, lituûmque ardore, Viennam.
Viſendi ſtudio iam Compita Gentibus vndant Regina Introducitur Viennam maximâ pompâ.
Finitimis; numero non Vrbs iam ſufficit omnis:
Apparet vix vlla Domus; nam culmina condunt
Summa Viri; ſexu nam deteriore feneſtræ
Turgeſcunt, nimio ſtrident ſub pondere crates.
Vt Sponſam (quam ſponſus Eques, pictiq; præibant
Pannonidæ in ſagulis & verſicoloribus Haſtis)
Conſpexêre procul venientem; pectore fundunt
Lætitiam Cives, vocemq; ad ſidera iactant.
At propè mirantur Veſtem, mirantur & ora,
Et vultus ſociâ cum maieſtate ſerenos.
Qualis hyperboreâ longè Gens nata ſub Arcto, Gens ſub Circulo Arctico vnicam diem

Sex menſium, vnicâq; totidem menſium noctem quotannis habet.

Cui noctemq; diemque vnam (non amplius) Annus
Diuidit; & ſenos abſente horreſcere Phœbo,
Et totidem redeunte iubet hilareſcere menſes.
Illa vices longas poſtquam caliginis atræ
Traxit iners, antro concluſa, aut paupere Tecto;
Cannabis accenſæ, aut carioſi ad lumina ligni;
Iamque adeò prudens reditum præſentit amici
Sideris; exiliunt latebris, monteſq; præaltos
Aſcenſu ſuperant, aut celſæ culmina Pinûs.
Hinc avido in partes vultu vertuntur Eoäs,
Immotiq; hærent oculis. At quando malignè
Iam pallere vident, ſenſimque rubeſcere Cælum,
Auroram ſaltu, Auroram clamore ſalutant
Complodunt que manus, & barbara iubila dicunt.
Reginâ ſic omnis ovat præſente Vienna;

Ab Cæſare & Auguſtâ excip tur.

Præſertim CÆSAR, *præſertim* AVGVSTA, *ſuperbis*
Exſpectant Tectis venientem. Aſt illa pudore
Demittens oculos, Socerum veneratur adorans.
Occupat ille, levatque Nurum, dextræque ferentem
Baſia, ferre illam prohibens, dedit oſcula contrà.

Ignes miſſiles.

Accumbunt Epulis. Tum feſtis vndique flammis
Vrbs micat; & pictâ ſplendeſcunt Tecta lucernâ,
Miſſilibuſque focis, medio quos aëre poſtquam
Nitreus ardeſcens tenuit vapor: ecce gemellæ
Artificum dolus, & ſubitâ cum luce nitentes
Apparent per inane Aquilæ, geminiq; Leones:
Pithonem Phœbus, Phœbi Soror impetit Aprum.
Quin aliæ exſpirant in Corda, & Fulmina flammæ,
Fulmina cum tonitru mox deficientia rauco,
Inque vagas veriſque pares, quæ iam æthere ſummo
Collucent ſtellas, & magnæ in cornua Lunæ,
Et parva in Veneris Formoſæ & Solis in Orbem
Ingentem, patuloque implentem lumine Lunam.
Iam medio quaſi clara die ſit compita fulgent,
Tot Brumam ſuperant Flammæ, tot Sidera Noctem,
Sidera quæ demum (quando vigor igneus intus
Deſerit) horrentes geminant cum murmure bombos,
Sulphureamque halant, ſonitu languente, mephitim.

At

At Ludis decreta dies vt Poſtera fulſit:

Haſtiludium.

In medio, Pinus depangitur ardua Circo,
Annulus vnde auro, ſectoque nitens adamante
Dependet, tantumque hæret, contingere quantum
Sufficit, vt facilis cedat, raptuſque ſequatur.
Hinc longo haud ſpatio ſimulacrum conſtitit Vrſi

Vrſus fictilis.

Spiranti ſimile, & ſetis nigrantibus horrens.
Huc Equites Phaleris, varioque in tegmine larvæ,

Ludiones Equites larvati.

Contendunt hilares; tendit permixtus & illis
Rex *Regem celans calybe, & communibus armis;*
Et clauſa antrorſum galeâ. Sed prodit euntem
Arrectæ cervicis honos, & gratia levæ
Prompta manus, dum flectit Equum: tum baltheus auro

Balteus ab Reginâ Regi datus.

Sparſus, & cois per rubra toreumata gemmis
Reginæ labor, & genialis pignus amoris.
Et pignus, medio conſidens pegmate Sponſa
Aduertitq; ſuum Sponſumque agnovit in illo
Subridens, ſequiturq; oculis, vnoque moratur
In Sponſo defixa, atque anxia gaudia librat,
Ne campum ingreſſi fallat fortuna laborem,
Dum videt extremo poſcentem cominus Haſtam
Fernandum clauſtro, & lituos edicere curſum.

Curſus initium.

Hanc Regi (quondam Caroli digniſſima Proles)
Armiger Albertus tradit Bucquoius: at ille
Porrectam dextrâ tendit, preſſatque lacerto,

Albertus Comes Bucquoius.

Cornipedemque citum calcaribus vrget vtrimque.
Ille volat (nam nulla moram dant cinguli ſubter)
Acceptaſque auras laxatâ digerit alvo.
At fixis præſens oculis Rex pergit, & Haſtam

Rex haſtâ victor.

Inſerit Orbiculo, victricemque abycit ardens,
Et ſellæ capulo ſclopum eximit. Æthere clamor
Perſonat, attollunt denſæ capita alta Coronæ;
Iamque Vrſi caput ab nigrâ cervice revulſum

Item ſclopo.

Conſpiciunt; ſed enim, ſolâ, quâ parte revelli
Fas erat, in lævam Rex plumbum excuſſerat aurem:
Tunc rapit & Gladium lateri, acclinisque ſupinum

Gladio denique

Corripit enſe caput, correptumque extulit alte,
Sic humeros dextramque ferens, Gabaonica qualis,

Digitized by Google

Beniamidas inter Iuvenes, per compita, Victor
Prodibat Ionathas, rubicundum ſanguine Telum,
Et ſummo hærentem Teli mucrone Columbam
Oſtentans, primo Ionathas quam fixerat ictu,
Abſtuleratque altâ mali de cuſpide vinctam.
Quippe vt par ævo ſocijs, ſit ipſe ſagittâ
Anteibat reliquos: numquam illa redivit inanis,
Lib.2. Reg. cap.1.
Docta ferire ſcopum, & iuſſus audire Magiſtri.
Laxatos Arcus, humeroque manuque ferebant,
Sic Vinci Iuvenes læti. dant limine Matres
Egreſſæ plauſum. Sed Patres, proſpera penſant
Tale per augurium, quàm proſpera Prælia quondam
Fortis aget Campo; quantâ terrebit inaudax
Mole Philiſthæos, feſſo ſi quando Parenti
Succeſſor dignus veniet, ſceptrumque terrebit.
Defuit eventus. Non ſic Fernandia, non ſic
Spectantum modò ſpem, Virtus laudata fefellit.
Tempus erit, Caſtris dum ſe trepidantibus addet
Ipſe Ducem; vindexq. Patris ter differet Hoſtes
Ter in hoſtem proceſſit Ferd III. ex Ferdinandi II. Patris voluntate, ſemperque feliciter.
Reſtituetq. ſacris cultum, Pacemque gementi
Iam dudum Patriæ. Nec erit Germania facti
Immemor, huic vni haud indebita præmia tradet,
Teutoniæ Regnum, & faſces aſſerta paternos.
Nunc alij ex alijs Fernandi exempla ſequuntur
Perque vices Haſtâ, ſclopo, gladioque minaces
Præcipitant curſum Iuvenes. Sed limine quoſdam
Deſtituit, quoſdam medio Certamine; multos
Extremo iam feſſa ſui, victoria fugit.
Belli in Pomerania proſecutio.
Ludicra ſed pluſquam Pomeranis Prælia Terris
Rex Guſtavus agit; nec Suecos frigora terrent
Frigoribus natos medijs, ſolitoſque rigenti
Suecici frigoribus aſſueti.
Sternere corpus humo, ferâ dum nocte per vmbram
Deprenſis ſuaſit Venatio longa ſoporem.
Attamen alborum Pelles Villoſaque terga
Vrſi albi.
Vrſorum Lapones, Patriæ de montibus altis
Contulerant; illis (dum durior incubat aura,
Teutoniæ per agros) tecti ſtringentia noctu
Frigora ridebant hilares, hyememque levabant.

His

His cinctus, gelido quemquam æthere Bella novabat
Rex, geminaſq́; vrbes (quas ripâ in vtrâque Viadri,

Viader, nunc Odera

Hinc garZam, hinc ſociam numeroſo milite nuper
Cæſarei, ac tenſâ fluvium tenuêre catenâ)
Guſtavus rapuit diſiectis impete primo
Mænibus, & profugûm (ſi non Cuſtrinia Portas

Suecus occupat Griffenhagam tum Gazā

Laxaſſet miſerans) quantos ſtraviſſet acervos!
Lanſpergam iubet inde peti, cingiq́; coronâ
Ipſe Mekelburgos reliquo cum Milite Tractus

Lanſpergæ obſidionē imperat, ipſe in Megapolim proficiſcitur.

Ingreditur, totâque invadit mole ſabellum.
Ergo Caſtrorum Partem, (quæ didita longo
Amplexu ſteterant Meidburgica Mœnia circum)
Tillius abſcedens rapuit; curamq́; premendæ,
Mansfeldo, & penitus quatiendæ credidit Vrbis.
Inde Lavenburgum contra, qui cogit Adolpho

Papenhemius Lavemburgum ducem delet capitque ad Hamburgam.

Millia multa Virum, & florentes Pube Catervas,
Conſpicuum plagis Papenhemum, & vulnere pulcro,
Mittit ad Hamburgam; nondùm bellique dolique
Sat gnaras, ſubito incurſu turbare Phalanges.
Ipſe latus validis cinctus Legionibus, exit

Tillius Lanſpergam liberat.

Trans Oderam, & Gothico Lanſpergam milite ſeptam
Intrat ovans; reparat Turmas; ſtipendia cuiq́;
Dividit, annonâque ſupèr ſolatur & armis.
Atque vbi collectus ſociorum Exercitus omnis
Sub ſignis ſtetit; in medios ſe Tillius infert,
Inque Mekelburgâ Suecum ditione requirit

In Megapolim Regē ſequitur.

Irrumpentem vrbes, Nam defenſore Sabello,
Vix facit vlla moram. Sed Regi cernere campo
Diſplicet, atque levi magnas ſpes credere Pugnæ.
Aſt Oderæ geminum vario latus aggere firmat,

Rege conflictum recuſante, ad Magdeburgum redit.

Aggeribus Turmas. Quem poſtquam educere in arva
Haud fas Serēlāſio; rapit ad Meidburgica retro
Caſtra viam, totis premat vt iam viribus vrbem.
Guſtavus iam vere novo, nova Bella ſtetini

Rex bellum ſtetini apparat.

Comparat; inſtaurat Naves, munitque tigillis,
(Ne fluctu valeant ſcloppiſve dehiſcere) coſtas.
Dumque illic Muros & Propugnacula, & altas,
(Invito poſuit quas brumæ frigore) moles

Angitur pro liberando Magdeburgo

Luſtrat Eques, ſimul ecce animo Meidburga recurſat
Obſidio, probrique metus, niſi diſſipat illam.
Mox vultum defigit humo; & labentis habenæ
Extremum retinens nodum, indignatur aperto
Arceri campo, & ſociâ dudum vrbe teneri.
Stat ſonipes, patiturque moras; æſtamq; e Magiſtri
Sentit, & immotus ſpumat; tum calce madentem
Scalpit humum pulſans, quaſi curſum expoſcat in Hoſtes.
At Rex nil Virtutis egens, magè fluctuat anceps
Conſilij, obſeſſis procùl vt ſuccurrere poſſit.
Tum redeunt iræ veteres, & ſemina Belli,
Quæ ſua Relligio, laudiſque reſuſcitat ardor,
Dedecoriſve novi timor, ægreſcuntque putando.

Prætextus Belli Suecici.

Nunc ſubit adverſos Suecis quandoq; Polonos
Cæſareis auctos cuneis; nunc Claſſe petitum
Fernando Maris imperium; nec mente recedit
Sanguinis opprobrium, Fridlandi cæca libido,
Quando Mekelburgâ pulſis ditione propinquis
Sufficitur, novus Imperii per crimina Princeps.
Dein meminit, ſocijs dudum poſſeſſa, recenti
Edicto repeti; pavidoſque ad iuſſa redire
Cæſaris, atque animis ſenſim languêre Lutherum.

Laus Regis Bellica.

His illum Pudor excruciat, Speſque arduà contrà
Erigit, oſtentans, ceu quondam in flore Iuventæ;
Hinc Moſchis, ſimul hinc Danis, ſimul inde Polonis
Obſtiterit, ternis tam tum par hoſtibus vnus.
Et reputat, ſibi quas nuper Pomerania Palmas
Victa tulit; quas magna feret Germania: & hac ſpe
Rex animat ſeſe; cœpti, ex felicibus orſis
Præcipiens ſeriem Belli, eventuſque ſupremos.
Pungit equum, tacitâque premens hæc mente volutat:
„ Quæ paro Bella diu, ſocijs ea Tillius infert:
„ Quid ſterto; aut tandem cui meque meoſque reſervo?

Magdeburga Parthenopolis, ſeu Virginis-Vrbs.

„ Signatur mora tanta oculis: me reſpicit vnum
„ Virginis-vrbs plorans, iurataque pacta repoſcit.
„ Auxilij iam certa via eſt: ſi diſsitus hoſtis,
„ Guſtavi ſecurus agit; mihi, faxo, propinquet;
„ Avulſuſque ſenex, Meidburgo, huc differat arma.

Nec

Nec mora, veloci curſu regreſſus in vrbem
Diſceſſum indicit Turmis: & luce ſequenti
Egreditur, Peditumque Equitumque Exercitus omnis
Francfurtum verſùs, campoſque Examina complent.
Campos Rex Oderæ dextros tenet; inde ſiniſtros
Hornius: armorum radijs ſublatus inumbrat
Pulvis, & ingenti ſonat vtraque Ripa tumultu;
Dum longæ aduerſo tractantur flumine Naves
Fœtæ armis, fœtæ Tormentûm pondere magno,
Liventiſque nitri, atque arſuræ cannabis vrnis;
Bis coctâ cerere, & contuſæ frugis acervo.
Ac iam Francfurti deſtructa ſuburbia, primæ
Pertingunt Acies; & humo fumantia calcant
Culmina Villarum, strataſque ſecuribus Ornos.
His damnis, patulas Schamburgus fecerat auras:
Proſpicere vt longè poſſet venientis Adolphi
Conſilia, & fraudi meditatam opponere fraudem:
Ergo propinquantes humili cervice Suecos,
Prætentâque altè baliſtâ, oculiſque minaces,
Innumeræ ſternunt glandes, quas grandinis inſtar
Schamburgi admonitu dat Miles ab aggere contrà.
Primâ fronte cadunt; ſed ponè, ligonibus inſtant:
Seque tegunt foſſâ Finni: ſociſque receptis,
Scilicet exuperant numero; egreſſoſque protervo
Marte repugnantes, intra vrbis ſepta repellunt.
Tum iubet exponi Tormenta, atque apta ruinæ
Rex oculis loca ſortitus, diverberat acri
Infirmos tonitru muros; diſrupta fatiſcit
Summa globis Lorica & foſſam rudera complent.
Mox etiam, dubiæ poſt prima crepuſcula noctis,
Gubbeniæ gemino Portæ pars intima, bombo
Immugit, coctumque halat vicinia ſulphur:
Ferrea nam valvis crepitacula fixa, latentem
Excuſſere ignem rimâ, ſonitumque dederunt
Ingentem; pendent avulſo cardine Poſtes.
Indicio exiliunt Cives; at Vandalus vrget
Tentatos aditus; & ſemiaperta laborat
Clauſtra remoliri. Telis, ſtrictiſq; reſiſtunt

Rex cum exercitu imminet Francfurto ad Oderam.

Præſidiariorum eruptio ſub Schamburgo.

Tormentis murus concidit.

Enſibus

Digitized by Google

Enſibus obſeſſi: dumque iſthuc affluit omnis
Cæſarianorum vis circumfuſa, propinqui
Iam nimiùm muri ſecura, aut immemor; ecce

Proſpera Suëcorum in vrbem irruptio.

Adrepunt, nudiſque heſternæ mole ruinæ
Mœnibus, important Gothicæ ſua ſigna Cohortes.
Ergo fugam arripiunt victi, quam mille morantur
Implexi, rebuſque graves, per Compita, Currus.
Sed neque Pons fluvij, ſatis eſt fugientibus amplus.
Conferti denſant humeros; & quiſque, premendo,
Cauſa moræ eſt. Atque hic Equitum fidentior Eudo,
(Quando vi laxare viam, ac irrumpere ſtricto
Per medios nequijt ferro; nec tendere retro
Turba ſequens ſinit, & paſſim loca ſanguine manant;
Nam non ſupplicibus, poſitiſve Suëcicus armis
Ignoſcit furor, aut ſatiantur cædibus iræ)
„O Socij quærenda ſalus per flumen apertum,
„Quam Finnus negat; his Finnus truculentior vndis.
„His peream, ſi fata vocant; ſin vita manebit:
„Viribus hanc noſtris, at non debebimus hoſti.
Sic ait, extremoque hærentem margine Pontis,

Audax Facinus.

Mulcet equum dextrâ; motiſque inuitat habenis
Præcipitem ad ſaltum, & calcaria ſubdit vtrimque.
Sed ferus aſpectu tremit; abruptoq; paveſcens,
Avertit caput: & promiſſa in fræna recedit.
Tunc humeris baltheum ſolvit; faciemque Caballi
Hac vmbrâ tegit; & demptâ formidine, ſeſſor,
In medium ſignans ſeſe Cruce, deſilit Amnem.
Mox eadem reliquos adigit fiducia; ſed non
Idem ſucceſſus: Pars ripam evadit in altam,
Eluctati vndis: Pars denſis fluctibus hauſti:
Pars armis, lymphâque graves, & littore in ipſo

Cædes.

Caduntur gladijs. Et quam ſervaverat vnda,
Vitam adimit victor, multâ iam cæde fatiſcens.
Proſtrati, mixtique viris, languentia crura
Cornipedes tollunt, & herili in ſanguine ſordent.
Apparent Criſtæ; galeiſque, cadavera, demptis.

Suecorum ad Lanſpergam acceſſus.

Hinc iterum ſocios, felici marte calentes,
Lanſpergam verſus Suëcus movet. Exit in illos

Cratzius,

Cratzius, exultans animo, viridique iuventâ — Cratzij iunioris eruptio.
Et ſecum accenſam rapit obvia in agmina Turmam.
Vi potior ſors leva fuit; Gothus vndique cingit
Audentem nimis, & media inter millia ſternit. — Cædes.
Et raperis primâ, ductor fortiſſime, Pugnâ,
Morte citâ felix! nec enim infortunia fratris
Dura tui, poſſes olim ſpectare ſuperſtes,
Aut tantum tua nota fides perferre dolorem. — Lanſpergæ deditio.
Hac nece terrentur Comites: atque Vrbe receptos
Cura ſubit, dignos abitus à Rege paciſci.
Explicitis abeunt ſignis, bis bina trahentes
Tormenta; ingeminant ſonitum cava Tympana, clangunt
Ære Tubæ, magni magna haud ſolatia damni.
Tunc latè fuſum, circùm Oppida milite nuda
Guſtavum, exhorret ſileſita, acerque Bohæmus,
Et Moravus; dictetque licet, Gens Auſtria Pallet.
Ac ſi, queis poterat, Populis Rex bella tuliſſet
Finitimis, quot Victor Agros, quot prenderet Arces!
Has metuens animo clades, & duræ ſuorum — Cæſaris conſilium.
Fata pius Cæſar (ſi ſpes ſinit vlla futuri)
Guſtavo Caſtris iubet occurſare reductis
Serclaſium, & penitus cohibere ſine hoſte furentem.
Meidburgæ infandas labes, cæcumque furorem,
Poſt alia obſidio; magis opportuna, probabit.
Divæ aliter Viſum: cui iam mora rumpitur omnis,
Et feſtinato fixum eſt, fixumque manebit,
Supplicio Cives prius oppreſſiſſe proteruos,
Quàm Gothus obſeſſis Veniat, muroque propinquet.
Hic tamen approperat: longeque accurrit ad Albim,
Præcipitatque morarum obices, compendia captans
Certa viæ, & tutos exorat vbique receſſus. — Relictâ Sileſiâ ad Magdeburgû accurrit
Tuque adeò munita ſitu, munitior arte,
Spandavia, aſſultu nondum ſuperabilis vllo, — Spandavia Brandeaburgici arx munitiſsima Regi deditur.
Panderis; externos frenos admittere iuſſa
Præſidij, intereaque novo parere magiſtro.
Propterea tanti Virgo, Dux provida Belli:
Inſolitas vires, pavidaque oblivia mortis
Cæſareiim indiderat fibris, & Numine tanta

Iam pleni, cæco penetrarant impete moles,
Quas muro procul extructas, ſignare probroſis
Auſa fuit titulis, Pubes Meidburgica, moles:
Inſultare etiam, & conuitia mittere pinnis:
Atque Marianas ſatyrâ mordere Phalanges.
His ſuper accenſi, rumpunt queque obuia circùm
Aggeres extra vrbem poſitos obſeſſi deſerunt. *Cæſarei, & Pontes, & Propugnacula, & Arces:*
Seque refert Portis, pallens defenſor apertis.
Et iam Serclaſio Reginam, ex more, roganti,
Agmina quò vertet medius Regem inter & Vrbem.
(Ad deſperatam ſed enim accedebat Adolphus)
Spondet opem, aſſultumq́; inſpirat Diva, priuſquam
Vandalus aduentet, caſtriſq́; irrumpere poſſit.
Horruit aſſultu primùm, gemituq́; refugit
Mite Senis pectus; placuitq́; benigniùs antè
Terrêre aſſultûs ſpecie, quos flectere nondum
Fas fuit, oblatâ tumefactos Pace, Rebelles.
Ter denis iubet ergo quati Meidburgica paſſim
17. 18 & 19. Maij. *Mœnia Tormentis. Tonat vndique, & vndique: ſqualent,*
Nitratâ tres nube dies, tres ſulphure noctes
Accenſo rutilant, tum murmure proxima Turris
Ingenti ruit, & quamquam non omnis in imam
Materies foſſam inciderat; nec idoneus hoſti
Ruina ad aſſultum non percommoda. *Tranſitus ad muros illac datur; attamen horret*
Fortunam; diſcitque metu palleſcere vulgus.
Quando ſuos coràm Ciues vel glande necari
Aſpiciunt emiſſâ, aut ſaxi pondere ſterni.
Moſpilius, cui vox nondum eſt per vulnus adempta,
Incolumes, inter quos hinc affatur & illinc,
„Dedite vos; cladem ô demum vitate ſupremam
„Dum licet ô ſocij, ſed Natis parcite ſaltem.
At canitur ſurdis: & deditionis ad aures
Vox ingrata venit: vincendi ſcilicet illos
Spes quoque ſuſtentat, iam ſeruatore propinquo.
Tantum, qui modicam depoſcat ab hoſte quietem,
(Dum Regem Legati adeant) ſub luce malignâ
Ab armis quietem obſeſſi non impetrāt. *Caſtra petit iuſſus Tubicen: ſed tanta morarum*
Damna pati renuit iam Tillius. Inde rebelles

Extremum

Extremum vt ſapiant orat, Portaſque recludant:
Speſque metuſque illos agitant; diverſaque librant
Conſilia, oranti differt reſponſa ſenatus.
Interea Vallo fruſtrà Godefridus in imo
Occultare viros tentat; tum ſuffodit arctos
Huc iterum ferro cuneos; at luditur iſte

Cæſareorum conatus irriti.

Adverſis cuneis labor, arſque eventilat artem.
Impatiens reici toties, vi irrumpit apertâ
Arentem in foſſam; non illum grando moratur
Plumbea, quam multo cum milite Civis, ab altis
Excutit aggeribus, vano tonat eminus ictu.
Poſt tectus pluteis victor, fundamina ſcalpro
Vellicat; inſomnes vigilant ſtatione ſupremâ
Obſeſſi: & Caſtris, (dum nocte quieſcere totâ,

Nocturnum eorumdem ſilentium

Nec prodire foras quemquam poſt ſolis adulti
Lumina, conſpiciunt) diſceſſum abs Hoſte parari,
Regis ob adventum (qua non ſpes credula fingit?)
Quippe putant miſeri. Pars ergo, ad Tecta recedit
Invitare breves, defeſſa in corpora, ſomnos:
Semiſopita alto reſidet Pars altera Vallo.
Iam pœnæ decreta dies illuxerat vrbi;

20. Maij.

Et ſcalæ, & Vectes, & digeſtæ ordine Turmæ.
Tillius audendi ſignum bis terq; rogatus;
Ter ſiluit; quippe & precibus tres cernuus horas

Tillij ante aſſultum, Precatio.

Traxerat, & Divam ſupplex in vota vocârat,
Si qua via eſt, quâ cæca queat Meidburga reduci.
Aſſultus ſupereſt; tunc ſignum pallidus ore
Averſo, nec ſponte dedit; quod Quattuor alto

Aſſultus Quadruplex

Clamore excipiunt ſimul Agmina. Teſſera IESVS,

Symbolum IESVS MARIA.

Atque MARIA *ſonat: vocat hæc geminata Catervas*
Teſſera; bina Polo fremuiſſe tonitrua credas,
Atque vnam totidem iactari fulmina in Vrbem
Inſtigante animos Divâ: cui quiſque laboret,
Iam ſentit; quantaque incedat Virginis vltor.
Emicat ante omnes Papenhemius; atque ita fatur
E tumulo: Veſtros, ſocij, Meidburga labores
„ Fallat adhuc, ſatyriſque iterum proſcindat amaris,
„ Speratâ vacuos prædâ? iam legibus æquis

„ Pandere conſtituit Portas; redimetque ſuarum
„ Iacturam rerum, ſi non preuertere Pacta
„ Tenditis, atque priùs Muro, ſpolÿſq; potiri,
„ Quàm Tubicen, ad Caſtra redux, ea Pacta reportet.
„ Scilicet Vrbs aurum incolumis, Gazaſque proterua
„ Servabit, veſtroque illudet victa cruori?
„ Occiderint Socÿ ſclopis, miſſoque veneno;

Infamis Præſidiariorum dolus.

„ Sorduerint multo noſtra hæc quoque vulnere membra,
„ Sitque fames miſeris merces? Quin pergite contrà;
„ Non tres argillæ cubiti, aut cuſtodia vilis
„ Obſtiterint; veſtra eſt Vrbs denique. tum rapit enſem
Vaginâ, & propero foſſa ſubit intima ſaltu.
Attollunt reliqui ſcalas, muroque reclinant;
Et ſtricto armati gladio nituntur in altum;
Semirutoſque aditus totâ virtute revellunt.
Præſidio accurrunt Vigiles; & caſside ſolâ

Muri lorica malè ſervata

Conſpicui exuperant Pinnis, & glande nitratâ
Scandentes, fruſtra tenſiſque haſtilibus arcent.
Impoſitus Portæ Excubitor (dum cernit ab altâ

Hora 7. matutina

Hæc ſpeculâ) nolæ ſonitu, & clamoribus inſtat.
Reſponſant multis campana è Turribus æra
Præcipiti bombo; arma viri, ruit hoſtis, ad arma:
Tympana mox, lituique ſonant; ſimul ædibus omnes
Quoſdam etiam vix iam veſtitos membra, cubili

Civium turbatio.

Cæcus in incertum timor exigit, undique curſat
Turba amens, nec gnara mali; nec quærere pergunt
Hoſtis vbi aſſiliat, vel quæ magè mœnia tentet.
Non cuiquam ſubit, aut fluxas, ante ora, catenas
Tendere per Vicos, Equiti Peditique moranda;
Aut certâ ſtatione Tribus ſub ſigna ciere,
Aut loca ſortiri magis apta, & idonea bello.
„ IN ſubitis rara eſt vulgi Prudentia; mentem
„ Improviſi adimit præſens diſcriminis horror.

Cæſareis occurrit Falkenbergius.

Vnus Cæſareis ſe Falkenbergius offert,
Militiæ Rector; iuſſu qui nuper Adolphi
Venerat arctatam nondum, Legatus, in Vrbem.
Et iam conſilium, trepidis in rebus, habebat
Cum Patribus; quando clamore excitus, in Hoſtem

Dux

Dux paucos rapit, & numero ſtipatur iniquo.
Quippe ſuperductâ muris Legione, propinquas
Inuolat in Turres Papenhemius, atque reperta

Papenhemij ſolertia.

Obvertit Tormenta vrbi, totamque fatigat.
Mox victor ſocios (exſcendens mœnibus,) egit
Interiùs; fuſco reboantia Tympana pulſu,
Ire iubent lentè, atque omnes attendere caſus.
Ferrea cuique manu ſtat fiſtula, pulvere fœta
Sulphureo; occultæ ſuſtentat ſemina flammæ

Ab muro in vrbem deſcendentium Papenhemiorum Ordo

Incumbenſve ſilex rotulæ, vel parte ſupremâ
Lichnus inardeſcens, roſtroque implexus adunco,
Suppoſito igniculos nitro fomitumque daturus,
In plateam quiſquam ſi fors caput efferat, altis
Proſpiciens Tectis, vel telo armatus oberret.
Id metuens, oculos circaque ſupraque volutat
Miles; & ecce, gradum fidentes tendere contrà,
Sternit humi Suecos: dextrà ruit, atque ſiniſtrâ,
Vim quicumque parat: neque te Prudentia texit
Falkemberge ſatis, neque Bellis cognita virtus.

Falkembergij cædes.

Fixus glande cadit; ſimul in diverſa feruntur
Examines ſocij cæſo Duce, & avia captant.
Quin profugis reparans animos, & Bella reducens
In nova, deijcitur ſimili quoque cæde Smithius.

Item Smithæi.

Labitur: atque animum moriens iaculumque relinquit.
Vrbs primâ Regione patet; quin protinus omnem
Inſiliat victor Papenhemus, & Agmina fundat;
Ni novus armorum ſtridor, clamorque Virorum,
Flectere cogat iter dextrà, muroque reverti.
Holſtinios ſed enim, Pinnas iam iamque tenentes,
Nautarum Cuneus Contis Remiſque protervè

Papenhemius Præſidiarios alibi repugnantes à tergo invadit.

Diſiectos agit in præceps, circumq; per ingens
Loricæ ſpatium, ſclopis haſtiſque repugnat
Brandburgi Legio, partem qui intentus in omnem,
Huc cives illacque vocat; demum undique cinctos
Cæſarei invadunt; à tergo Papenhemius inſtat,

Holſatiæ Dux tandem murum ſuperat ab ſua ſtatione.
Et ab ſuâ Mansfeldius.

Holſtinius fronti, lateri Mansfeldius; atque
Diverſi perimunt, & mœnia cædibus augent.
Brandburgo radix temerè diſploſa ſiniſtrum

Glans

Digitized by Google

Guillelmus Adminiſtrator, vulneratus comprehenditur.

Glans obliqua femur; ſtrictim caput haſta cruentat.
Aſt illos teor è cælo direxerat alto
Diva Parens ictus; plagaſque negaverat eius
Inſigi membris, venturi præſcitas quando
Auſtriacis illum in Terris, Temploq; propinquum
Ipſa ſuo, occultâ tentabit luce; velutque
Exoriens aurora, diem per carceris umbras
Offeret, & geminâ cum libertate, beabit

Poſtea Catholicus.

Romanæ tandem iam Relligionis Alumnum.
Illic vota dein reddet reus: atque ſalutem
Hæc veniſſe ſibi per commoda vulnera, diſcet.
Tum quanto utilius fuerit (quam vincere) vinci,
Cæſaris & Divæ quando eſt Clementia victrix.

Haſtis duabus impoſitus exportatur

Hæc poſt evenient nunc fœdum ſanguine multo
Brandburgum inſterni geminis Papenhemius Haſtis
Imperat, & tutum ſua ſub Tentoria duci,
Si quid opis læſo queat ars afferre medentum.
Inſuper effringi ſocijs hærentibus extra,
Portas ac muros penitus iubet: Ilicet intrant
Pernices Croatæ, mox Agmina, & Agmina ſeſe
Et Pediti permixtus Eques, Turmiſque Cohortes,

Totus pene exercitus irrumpit.

Aſcendunt muro ad prædam: Vis obvia ferro
Quaque metit: ſævit durus per Compita Miles,
Vlciſcens veteres ſannas. Dementia victos,

Cædes & ſtrages

Et memores ſcelerum furiæ, victoris in arma
Inijciunt, meritæque impellunt crimina morti.
At de Præſidio quotquot ſubduxerat Hoſti
Vel Virtus, vel ſors clementior: angulus urbis
Vnus & alter habet. Vitam Pars pacta recedit
Incolumis: dextras alij Pacemque precantur,
Abiectis humiles armis: & parcere promit,
Arma prius ſcrutando iubet deponere Victor.
Quamprimum patuêre doli; tinctaſque veneno
(Turpe nefas) tentata dedit cava fiſtula glandes:
Tunc placet ulciſci fraudem; inferiaſque litari
Has ſocijs, quos bellantes ad mœnia nuper
Meidburgæ (dum ſtaret adhuc) diro oblita ſucco
Glans cute contigerat ſummâ, nec plaga notabat

Exitium,

Exitium, nec ſenſus erat; dum denique ſerpſit
Virus ad oſſa latens, vitaliaque intima, tabes.
Et ferro ſatis vſque datum: Pars altera reſtat
Vindictæ potior, rapidis Pars debita flammis. Incendium.
Cæde ſatur, Prædaque avidus; ſpoliſque viriſque
Miles, dum vacuas fruſtrà circumſpicit Ædes,
Spe caſſus furit. (& quando diſtorquet hiantem
Longa fames) ignem media in penetralia mittit,
Adjiciens paleam, fumo ſi forſan ab imis
Eliciat latebris Cives, revocetque ſub auras. Civium ſubterraneis in locis latebræ.
Aſſultum ſed enim veriti, in cellaria furtim
Cum Prole abdiderant ſeſe; penituſque profundis
Annonam intulerant cryptis. Hic tota ſupellex
Condita, & acceſſum tenebræ & via plurima fallit.
Iamque foras ſalit, & concludi neſcius ignis
Erumpit Tectis; ducit vicinia peſtem
Sponte ſuâ, admittúntque leves loca diſſita flammas.
Nam coniurati valido cùm turbine venti, Ventus vehemens.
Avulſos trabibus torres, ardentia tigna,
Momento accenſura domos, per compita ſpargunt
Fulminis in morem. Violentior eliquat æſtus
Auxiliante Noto ferrum; quin marmora ſolvunt
Duritiem, vnda gelu ſolvit, nutritque favillas,
Dum fluvio Miles tentat ſopire furentem.
Sic Divæ obſequium præſtant Elementa, fidemque,
Quam toties Meidburga, illi periura, fefellit.
Tecta ruunt, ac ne-qua ſuper Pars integra reſtet:
Diſſiliunt ſimul & Muri: nam ſulphuris atri Pulveris nitrati vis erumpens.
Copia, in aſſultus parcè ſervata ſupremos,
Ac centum diſperſa locis, quaquà irruit Hoſtis,
Igne crepans ſubito (caſus-ne incenderit, an Plebs
Deſperans, incerta fides) fundamina ſurſum
Excutit, horrentemque attollit pulvere fumum.
Quamquam & prætulerant, reor, hæc incendia, Mentes
Aligeræ, quæ dudum auras & fulmina curant,
Æterni imperio Regis. Quin nulla per vrbem
Iam ſpecies vrbis maneat, veſtigia nulla;
Ni facilis flecti Regina vetaret in Ædem

Deſſultare

Deiparæ Templum flammis intactum.
Deſultare ſuam flammas, flenteſque Puellas
In gremio Matrum, Pueroſq; , ſeneſque, lacertis
Virgineam amplexos Aram, violare tremando.
Iſthæc victores, Mariam ad limina Templi,
Vt venêre; animum ſubitò ſenſêre benignum
Eò fugientium aſylum,
In miſeros, crucibus ſeſe diſcrimine in illo
Signantes, trepidáque vocantes voce Mariam.
„ Sæpe pios fecit mortis metus; atque faventem
„ Relligio invênit, quamquam haud ſpontanea, Divam.
Vrbe errans reliquâ, ſpolijs intendit opertis
Per flammas, fumumque, aggeſtaque rudera, Miles
Veſtigans, & ſumma oculis atque infima luſtrat.
Spolia.
Phongrius hic ſignis impreſſam, auroque rigentem
Calix aureus Figuris illuſus.
vndique, clàm reperit, tectamque in Caſtra reportat,
Sub ſagulo Pateram; quam menſæ inferre ſecundæ,
Spumantemque mero, ſolitus vacuare Senator
Meidburgus, cum Prole Pater; mox Turba per orbem
Ebibere, & feſto clamore vocare Lutherum.
Magdeburgæ Vrbis initia.
Illic Meidburgæ, tumidis educta figuris
Arte tument monumenta, vetuſtæque vrbis origo.
Et varias Opifex gemmas, bacchaſque metallo
Indidit, atque illis ſimulavit idonea membra.
Exteriùs, quà cuppa labro ſe primitus offert,
Aureâ Druſus Eques ſtat conſpiciendus arenâ,
Druſus Conditor.
Ad Veneris Templum, glauco nitidum Sapphyro:
Veneris ſimulacrum.
Ex auroque caſæ, & pendentia retia contis.
Argentei venerem Cygni, iunctæque Columbæ
Impoſitam curru ſuper aëra, fune trahebant
Coralio. Ipſa ſedet nitidis adamantina membris;
Pro viridi myrtho, cinguntur Iaſpide crines;
Labra rubent Sardis; oculi Carbonibus ardent.
Pro face fert Opalos pectus; dant Succina flammas,
Parvus Onix fumos; magni fert dextera Achate
Formatum Orbiculum Mundi, mala aurea læva:
Dant Charites circùm Palmas, Viridiſque Smaragdo
Albis ponè fluit, cyanoque Trophæa recedunt
Alta procùl, luduntque oculos, quaſi diſsita longis
Sint ſpatijs, veniantque leves vix viſa per auras.

Vt,

At, Calicem, quâ parte infrà pes ſuſtinet, ingens
Chryſolitis ductum dextrâ vibrat aureus enſem
Rollandus; dant ruga iram, credaſque moveri
Nervoſos artus; inflantur ſanguine venæ.
Sub pedibus calcata iacent quoque millia centum,
Qualia de tanto finxit duce vana vetuſtas.

Rollandi ſtatua in foro Magdeburgenſi.

Auguſtam facie levem, blandamque Marito,
At gemmeâ rigidam pallâ, Pars intima rapti
Commonſtrat calicis; ſic ſemiaperta videntur
Labra loqui, ſic ſupplicat illa, hic annuit, ore
Alter in alterius flexo. Dotalis *inuſto*
Planities vernat, ſiditque æquata Smaragdo.
Extuberant gemmis Prati de margine Turres,
Murorumque minæ pendent. Suprema prealtæ
Arcis habet, ſertumque ſui Florale, pudoris
Virgo manu (proprium Meidburgæ Inſigne) gerebat.

Editha Ottonis Imp. coniux.

Hanc ſimul aſpexit (Pateranam cætera miles
, Viderat admirans) Ah! deſine virgo vocari;
,, Vreris vt meretrix, clamat; tum cæcuba fundens,
Exhaurit plenum calicem, vacuumque recondit.
,, Ah Virgo infælix, quæ te, ſtolidiſſima, Sponſo
,, Fraus rapuit; Chriſtoque fidem violare coëgit?
,, Quis furor, vt vixiſſe Nurum Mariæque, Deique;
,, Pæniteat? Tunc dives opes, tunc arva tenebas,
,, Finitimaſque vrbes ſuperabas vertice toto
,, Altior, immenſæ Regina, ac Arbitra Terræ.
,, Relligione ſtetit Fortuna; vt concidit illa,
,, Hæc ruit; & rupto velut aggere, protinus in te
,, Vndarunt fera Bella, fames, ſupremaq́, fata.

Virgo Magdeburgenſium Inſigne, vnde vrbs Parthenopolis dicta.

Magdeburgenſis Eccleſia Epiſcopalis & omnium Vandalicarũ præcipua.

Et meritò. Sed enim tantos nec Tillius ignes,
Ac nebulam horrentem fumo, divulſaque Tecta,
Suſtinuit ſpectare oculis; fruſtraque laborat
Afferre auxilium, & compeſcere Militis iras.
,, Sitque Deus mihi Teſtis, ait; Tuque inclyta Virgo
,, Militiæ Dux ſumma mea; non iſtius auctor
,, Stragis ego; monui, vt ſaperent. Meidburga, benignum
,, Senſit in hoſte Patrem; ſed maluit hoſtis haberi.
,, Num Paci Bellum ante tuli? quin fœderis aquas

Tillij in vrbem commiſeratio.

„ Propoſui leges, & honeſta in Pacta vocavi.
„ Num ſubitò invaſi, num fraude doliſve fefellit?
„ At fermè fuit exitio Patientia nobis:
„ Quando hinc obſeſſis cinctus, ſimul inde Suecis,
„ Non priùs aſſilij muros, quàm ſæpe negatam
„ Vi reſerare vrbem cogor, niſi meque meoſque
Magdeburgum eo ipſo die ferè penitus euerſum. „ Iam certæ obijcerem morti. Meidburga, malorum
„ Cauſa tibi es; tu tanta volens in damna ruiſti.
Hunc dabat è Caſtris, propter prætoria, quæſtum,
Multa gemens; miſeranſque everſam Tillius vrbem,
Dum ſeſe inciperet Terris oſtendere Veſper.
Mox loca deſignat ſparſis Legionibus apta;
Agminibus vigiles, ne quà noctu inſtet Adolphus;
Ad cœnamque Duces, ſubter Tentoria, cogens,
Ipſe ſuprema capit menſæ loca, proxima circùm
Cœna ieiunorum. Quiſque tenent, auidiq; cibo ieiunia ſolvunt.
Poſtquam dempta fames Ducibus, Bellaria menſis;
Dant manibus famuli lymphas, & forcipe lychnos
Emungunt, mappamque levant, pictumque tapetem
Expediunt. Tum verò Penum, pingueſque coronant
Conferti menſas. Poſt prima ſilentia, longè
Fit ſtrepitus clamorque, & murmure Caſtra reſultant.
At Proceres tenſo ſub Papilione, quis Hoſtis
Deinde laceſſendus Bello, dum fortè requirunt
Decretum de vertendo in Haſſiam Bello. Conſilijs; Haſſus, durus olim nomine Cattus,
Eligitur, vindex Calvini, & Virginis idem
Cælicolûmque hoſtis. Non illa audentibus (inquit
„ Tillius) vſquam aberit Virgo, queis plurima ſemper
„ Adfuit. Illa mihi ſperandi in tempore cauſas
„ Mille dedit, quoties nutanti aſſiſtere viſa,
„ In meliùs referens Pugnas, ſortemque ſeveram,
„ Fortunæ domitrix, vultum mutare coëgit.
„ Atque en Meidburgæ muros hac vincere nobis
„ Luce dedit, pandens inimicam vltoribus vrbem.
Occaſio narrationis Bellorum, quę antea geſta fuerunt ab Anno 1617. vſque ad 1630. Immo age (ſubiungit Mansfeldius) omnia feſtis
Collucent dum Caſtra rogis: miſſique morantur
Exploratores, quos clàm luſtrare Suëci
Agmina iuſſiſti, quidque apparet ille, referre;

Nec

Nec priùs huc regreſſi aderunt, quàm prima ſecundæ
Decedet ſtatio; de te cognoſcere fas ſit
Cæſareûm palmas, inſperataſque ſupremæ
Bellatricis opes, Boihæmi ab origine motûs.
Nam meminiſſe potes, quorum pars magna fuiſti;
Et cui ſub Pugnis vertex quoque canuit iſtis.
Hoc orant reliqui pariter; quibus annuit ipſe
E cathedrâ, & placido ſic Tillius incipit ore.

Digitized by Google

LIBRI TERTII

Argumentum.

BOhemicum Bellum (quod hìc ſerò, & præpoſterè narratur) Politicę ne, vt aiunt, an Religionis, an vtriuſque, ſit, fortaſſe ambigas. Certior eius gravitas quàm cauſa. Nam & ipſum grave per ſeſe; & graviorum, quæ deinceps conſecuta ſunt, fons extitit. Quamvis enim ex fœdere per Bavarum, Vlmæ, de Proteſtantibus extorto, inter Ferdinandi ac Frederici Terras retentum eſt: Germaniæ tamen, & propemodum Europæ omnis Vires, traxit ad ſeſe, Religionis aut ſanguinis communione. Igitur Viennæ, Pragæ; Auſtriæ, Bohemia; &, quæ ad vtramvis Provincię pertinent, Bello inter ſe commiſſæ. Præcipuus Belli Circus, Bohemia fuit, Hercynio nemore in Amphitheatri ſpeciem, cincta. Hic luſit viciſſitudine mirabili Providentiſſima Numinis Mens; ad extremum, pro Ferdinando, feliciter. Hæc naturæ iniquitatem in commodum vertit, dum Matthiæ Cæſari, Prolis experti, Ferdinandum Patruelem, Lege adoptandum, & in ſpem Hæreditatis, & Imperij obtulit. Alberti & Maximiliani, Fratrum Cæſaris, inſuper & Hiſpani Regis Philippi, ex Annà, eiuſdem ſorore Nepotis, conſenſus acceſſit, vt Ferdinandi fortunam, tot Auſtriaci Principes, Bellis ab ſeſe expoſitam, impenſiùs per adiumenta firmarent. Eorum conſilijs ſuffragati ſunt ſponte Bohæmi iuxtà, & exinde Hungari omnes; ſed ſubita boni facti recordatio, pænitudinem expreſſit; & inanibus ex cauſis, tanquam publicæ libertatis reſpectu, eos ad abdicandum impulit, quos vna modò abalienabat Principis Religio. Quin dum provectis iam Comitiis, Pragenſium in Regios Magiſtratus vim Hungari audivêre, exclamarunt, Ferdinandum repellere ſe auſuros fuiſſe, ſi hoc facinus Bohemi anteà auſi fuiſſent. Sed vtrorumque confidentiam Deus, per ſana conſilia tenuit, ne antè deſiperent, quàm quando fructuosè vix poſſent. Cæterùm, electione iniuſtâ, ingratam corrigere voluerunt. Catholico, Calviniſtas duos, Gaborem Bethleemum Hungari; Fredericum Palatinum Bohemi, ſuperſtitionis Ferdinando inimiciſſimæ prærogativâ, ſufficiunt. At vnde præſidium ſperabant, Divorum, mortaliumq; indignatio extitit. Nam neutrum cælites ipſi; nec Bethlêemum

mum, Mahumetanis pluſquam fœderatum præcipui Hungarorum; nec Palatinum, Germanorum vel Catholici, vel Lutherani ſuſtinuêre. Vtriſque enim, & Ferdinandi ius opprimi, & ſua ipſorum Religio deprimi, ſaltem, videbatur, involante in aliena Regna Calviniſtarum libidine, dũ in Hungaricum Hæreticorum vi, & Turcici auxilij ſpe, Gabor; in Bohemicum, Fredericus intruditur quod Bavarus & Saxo, ſibi oblatum, vnquam à ſe admiſſum iri, ſanctè & contumaciter negarant. Quin & Chriſtus ipſe, flagitium damnare viſus eſt, dum Viennæ Ferdinando iniuriam querenti, adfuturum ei ſe de Cruce reſpondit. Reſponſum hoc conſtanti famâ vulgatum, nec Principis verecundia fateri nec conſcientia interrogantibus, negare ſuſtinuit. Certè Phalanx Equitum improviſò per Turnij Acies in vrbem evadens, eodemque tempore opportuna Bucquoij de Mansfeldo ad Budvveiſſam victoria, quæ Viennâ Thurnium abſtraxit, viamque Ferdinando Francofurtum aperuit, momentum haud leve conferunt ad credendum. Iam Chriſtipara Ioannem Suicardum Antiſtitem Moguntinum Comitiorum æſtu, Francofurti extimulat, vt Germaniam, quam Palatino Calvini factio deſtinabat, ei derepentè traderet, Ferdinando qui egrè Auſtriam tuebatur. Pergendum celeriter erat in lubrico, vel cadendum. Contendebant enim palàm Bohæmi, & clàm Calviniſtæ, de Bohæmiæ Regno priùs, quàm de Germanico ſtatuendum. Contrà Catholici, per Germanicum Catholico aſſerere Bohemicum malebant, quàm per Bohemicum, viam ad Germanicum pandere principi Calviniſtæ: & hos illi fortiter occuparunt, impellente Deiparâ; atque ſic Imperium Ferdinando, Bohemia Frederico ceſſit.

Digitized by Google

LIBER III.

LOnga quidem rerum ſeries, & cognita vulgò
Tota ſatis: nunc ſumma legam veſtigia tantùm:
Virginis auxiliis Magna, ſpes Cæſaris omnis
Nixa ſtetit; poſtquam Laureti Altaria circum,

Virgo Mater Exercituum Ferdinandi Dux ſuprema.

Hanc ſibi delegit Pacis Belliqꝫ Magiſtram.
Nec dubitavit enim Ductricem accerſere Cælo,
Per medias Acies olim rediturus in vrbes
Ereptas, denſoque impervia Milite Regna.

Huſſitæ. Lutherani.

Bina ſuperſtitio, quarum altera prodijt Huſſi,
Altera Martini ſoboles infauſta Lutheri;

Calviniſtæ.

Bellorum, quæ dudum agimus, patimurque viciſſim,
Prætextus vel cauſa fuit. Stimulavit vtramque,
Ac in divicolas furtim Calvinia Peſtis
Impulit, vt læſis per mutua vulnera, demum
Ipſa ſuperveniens Bello, detruderet ambas
Sedibus, & Victrix ſolium pòſt ſola teneret.

Annus 1617. Coronatio Ferdinandi II. in Bohemiæ Regem facta Pragæ, Iunio menſe.

Vixque Pragæ Procerum conſenſu, Inſignia Regni
Fernandus, Templi medio conceſſa gerebat:
Et Populi plauſus, impoſtaque deſuper Aris
Hinc vina, hinc gemini argentoque auroque nitentes
Vrceoli, ac totidem ſimili ſacra liba metallo,
Pacis opes: Belli cùm protinus impluit ingens
Augurium. Manibus diſperſa Numiſmata plenis,
Certanti meritas lauros Palmaſque gerebant:
Quas vt Fernando Regi per bella parari

Numiſmatibus aureis atque argenteis inſculpta erat Corona cum litterâ F & inſcriptione: Legitimè certantibus.

Coniectère, ſibi quàm triſtia fata manerent,
(Infirmo quamquam indicio) didicère Bohæmi.
Hinc magis accenſis, Regis ſuſpecta videri
Cœpit Relligio, nimiumque timenda poteſtas

Quam

Quam dederant; piguitque datæ. Dein tempora captant,
Cauſarumque leves umbras, ut pellere Regno
Iam valeant, ac vi iura inconceſſa tueri.
Fervebat calidis centeſima ſolibus Æſtas,
Cœperat Iſlebius ſua poſtquam tollere vates
Cornua, & in Divos moliri bella Lutherus.
Et memores facti Gentes, quaſcumque ſub Arcto
Libertas eadem iam tum furioſa fefellit,
Nunc Templo Circoque fremunt, & tempora ſecli
Quaque Lutherani celebrant; furiaſque fugamque
Sacrilegi vatis, thalamoſque, epulaſque, necemque.
Ipſi etiam menſis fixi pſalmiſque, recantant
Monſtriferæ peſtis centum incrementa per annos.

Cuſa numiſmata aurea & argentea cum inſcriptione ſæculum Lutheranum

Huius & auſpiciis anni, Gens Suecica Regem
Guſtavum, trabeâ & diademate cingit Avorum,
Poſtea Fernando nimiùm, Latiiq; Parentis
Legibus adverſum Regem. Quos ille Lutheri
Defenſor, per bella dedit præſentia luctus
Teutoniæ, ſpectamus adhuc: quos deinde viciſſim
Ille tibi, magno Gothia experiêre tumultu,
Cùm te deſtituet, qui nondum aliena tenentes
Regna Gothos, caſu demum proſtravit acerbo
Altitonans; Suecis documenta nepotibus olim.

Guſtavi Adolphi in Sueciæ regem coronatio.

Cæſaris intereà ſenio iam debilis, aures
Boihæmi increpitant, precibuſque & queſtibus urgent:
Deinde minis, quod fas, quod relligionis avitæ
Iura negant. Stetit ille tamen: ſed turba repulſæ
Impatiens, vetitis acuit conuentibus iras:
Seſeque accendunt vindictâ, ardentque tumultu.
Sic faber, ignitos feſſus ſi fortè camino

Annus 1618.

Bohæmorum querelę & minæ.

Comitia regni Pragæ renitente Matthiâ Cæſare.

Abſtulit,

Ius præcipuum & Controverſum erat, liceret ne Huſsitis Dominorum Catholicorum ſubditis, Templa ſibi ædificare. Vnum incœperant Cloſtergrabienſes, Archiepiſcopi Pragenſis: alterum Brunavienſes, Abbatis Brunavienſis, ſubditi: ſeque tuebantur diplomate (quod Maieſtaticum dicebant) ipſis primum à Cæſaribus Sigiſmundo anno 1435. dein ab Rudolpho anno 1609. conceſſo. Obſtitere Archiepiſcopus & Abbas, & dixêre primò neutrum diploma conferre ius ſubditis extruendi Templa. Secundò Rudolphi diploma ſubreptitium fuiſſe, extortum de incluſo in Arce Pragenſi Comitiorum tempore, adeòque nullum Regiorum Magiſtratuum ei ſubſcribere voluiſſe, quod tamen ad valorem requiritur, eſſe ergo invalidum. Tertiò tranſactionem, quæ poſt illud diploma Catholicos inter & Huſſitas facta fuerat, & à Matthia comprobata, ius illud excludere. Ita pro Archiepiſcopo & Abbate Matthias ſententiam tulit Anno 1616. Hinc Bellum. Vide Libellum, cui Titulus, Fides Bohemo-Palatina, item Hiſtoriam Malingre.

Digitized by Google

Abſtulit, & longâ diſperſit Forcipe Torres;
Languent ſecreti; & fumeas abit ignis in vmbras.
At cùm reſtituitque loco, tepidoſque calenti
Compoſuit cumulo, mox queque rubeſcere tigna
Aſpicit, exundant flammæ; ac in mutua fervent
Nutrimenta; crepant vulſis Carbonibus auræ.
Haud ſecùs, Huſſitis ingens audacia crevit,
Dum coëunt, ferventque alieno quiſque dolore.
Vtque eſt arrepti retinens; & in vltima præceps
Seditio; armati gladijs ſclopiſque, Pragenſis
Alta petunt Arcis, Patres, vbi fortè repertos
(Quos ſibi & aduerſos norant, minimeq; faventes)

Coniurati deijciunt è feneſtras Arcis Pragẽſis Slauatam, Martinitzium Fabricium. Deiecti Mariam inclamant.

Corripiunt manibus medios, & vertice prono
De ſummâ (ſcelus!) in foſſam abiecêre feneſtrâ.
At non deciduis (abſit licet) excidit omnis
Chriſtipara, inclamant bis terque quaterque Mariam.

Dum Presburgi Inauguratur Ferdin. II in Regem Hung.

Presburgâ ſuper Arce, latens in nube nitenti,
Hungaridum illa regens flectebat corda ſuorum,
Fernandum vt legerent, Regemque ex more crearent.
Audijt: & Ternos iuſſit ſuccurrere lapſis
Aligeros; illi momento nubila tranant
Poſonio procul vſque Pragam, foſſaq; propinquos
Excipiunt manibus, tutoſque à vulnere ſervant:
Non hos præduri ſilices, non plumbea læſit

Illæſi terram contingunt è feneſtrâ deiect.

Copia, quam ſclopis ſummâ demiſit ab Arce
Turba-furens, dum cernit humo conſurgere lapſos.
At non hæc oculis Virgo ſatis adſpicit æquis,
Aligeros inter reliquos; quibus ipſa dolorem
Sic aperit: Noſtriſne manus inferre Bohæmi,
„ Inſuper & ſclopos mortemque clientibus audent?

Militem Bohæmi ſcribunt.

„ Quin cogunt & ad arma viros, & ad arva Phalanges,
„ Queis Regem, dictamque fidem Regique, Deoque,
„ Eijciant Regno. Neſcit Gens impia, neſcit
„ Quos Bello, quantoſque petat, quis criminis vltor.
„ Nunc ſi qua eſt vobis Pietas, miſereſcite Gentis,
„ Stellarum oſtentu, miſeramque docete, ſupremæ
„ Rectores auræ, non hæc in Bella vocari
„ Mortales tantùm. Vocor immortalis & ipſa,

„ *Ipſa,*

Digitized by Google

„ *Ipſa, Puerque meus. Veniemus: & æthere ab alto,*
„ *Temptos ducemus Belli in conſortia divos,*
„ *Abrumpant monitu niſi cœpta nefaria veſtro.*
Parendi ſtudio Aligeri nituntur in altum,
Quiſque Pragam ſupra; mediumque per aëris æquor,
(Nix vbi concreſcit per Brumam; vbi Fulmen & Ignes
Excitat horrificos æſtas, tonitruq; remugit)
Deripiunt craſſos per nubila denſa vapores
Diverſi, formantq; in monſtra micantia maſſam.
A *Pars Cruce pendentem Ieſum; Pars altera Lunam;*
Tertia, très parili molitur lumine ſphæras
Curſu agiles. Sed enim cepêre laceſſere Lunam
Bellantum ritu, queis protinus obviat illa,
Tum coëunt; mixtiſq; iterant certamina gyris.
Diſcedunt retro redeuntque in prælia rurſum,
Dum globus, (in ſummâ Ieſum qui parte gerebat
Sanguineis lacerum maculis, taboque fluentem)
Inuexit medium ſeſe, finemque duello
Iam dedit, & ſphæram ſphæras collegit in vnam.
Hanc ſuper, en ſubitò ſeſe Crux extulit ingens,
Et geminæ circùm nitidis mucronibus Haſtæ.
Non tamen hoc tanto pallet Praga territa monſtro,
Cæſaris aut monitis: Vetitis non abſtinet armis.
Sed loca ſacra Deo, Regiſque Inſignibus Arcem
Expoliant, mittuntq; viros qui magna repoſcant
Ab ſocijs procùl auxilia; edoceantque novellum
Hungaria extulerit Regem licet; attamen illum
Hoc quoque pellendum, ſi conſtent fœdera, Regno.
Tum nota fidei Budweiſſam Turnius vrbem
Aggreditur. Pilſnam Mansfeldius: ipſe pudendi
Fraude ortus thalami, ſed fraudi natus vterq;.
Illum animo potior, numero Dampirius impar
Avertit tamen. Hunc, conſtanti robore Cives
Suſtinuêre diu, potuit dum bellica quidquam,

Prodigia cæleſtia Pragenſibus & aliis conſpecta 26. die Iunij Hora noctis 2.

Matthias Bohæmos ternis litteris monet 18 23. & 25. Iunij datis at illi Carlſterniam arcem Regalium inſignium cuſtodiam diripiunt.

Fœdus cum Hungaris &c. ineunt.

Turrenſis Comes Budweiſſam obſidet.

 Tandem

A Hæc prodigia refert fusè Tannerus Tomo 1. in ſummam S. Thomæ diſp.6.quæſt.3. num.55. ex Epiſtola M. Danielis Alberti Hageck Parochi & Decani Litoſmilienſis in Bohemia, qui illa vidit. Refert etiam explicatque Veridicus Germanus.

Digitized by Google

Tandem iuſſa fame, & macie langueſcere, virtus.

Comitis Bucquoij ſupremi Cæſarearum copiarum Ducis è Belgio ad Budweiſſā aduentus.

Ecce autem extremis Belgij [A] *Bucquoius ab oris*
Aduolat, Arteſius ſanguis, magis ipſe Mariæ
Quàm belli, quàm laudis Amans; licet egerit illum
Pugnantem toties in apertas Gloria mortes.
Et nunc ingreditur Campum, fineſque Bohemos
Luce ſacrâ, quâ Virgo olim rediuiua ſepulcro,
Et ſtygis, & lethi Domitrix, ſuper æthera magnum,
Egit ſidereo curru prouecta triumphos.
Illam Caliuagæ, pennata Examina, Mentés,
Siſtriſque lituiſque canunt, Palmiſq́; ſequuntur.

Triginta Bohemicorum millia ſuſtinet.

At Carolum nondum Palmæ: ſed iniqua fatigant
Prælia. Ter denis Botamûm millibus arctum
Obducit Vallum, Budweiſſæ ad mœnia cunctans
Bellator, Caſtris dum ſeſe adiunxerit omnis
(Quam Tuſcus, quam fortis Iber, quam Sarmata mittunt
Auxilio) Pubes: fremit in certamina quiſque.
Attamen, exiguo Bucquoium milite cinctum
Ne totâ inuadant Acie, expellantque Bohemi,
Nota viri virtus vetat. At deſiſtere Bello
Quamquam illos monuit Cæſar, tamen vſque recurſant.

Auſtrij ſuperiores Bohæmis ſe adiungunt: imò & inferiores plerique.

Quippe ſuas illis vires, hinc altera iunxit
Auſtria, quam ſerpens ſecat Onaſus; altera nutat,
Ipſa nouo Belli ſub pondere: namque recedens
Budweiſſâ Turneus, Agros atque Oppida vaſtat.
Impar Dampirius ceſſit, modicaſque periclo
Eripit, & Cremſij tutas dedit eſſe Cohortes.

Hungari & Sileſitæ.

Moravi nutant.

Hungaridæ quoq; fluxa fides; Sileſita Bohæmo
Coniurat; Regemne Zuadius, Bœmumve ſequatur,
Fluctuat; & dubio ſoluit Comitia voto.

Cometa in cœlo caudatus.

[B] *Ergo nouum Aligeri, ſidus mirabile cælo*
Protulerant; ſupra Lunam, Solemq́; Cometes
Oblongâ horribilis caudâ, nimiumq́; ſeverâ
Luce minax. Quæ ſigna ferat, quæ funera ſignet,

Cæſa-

A Carolus de Longueual Belga Atrebati in Arteſia natus, Virg. Mariæ imprimis addictus, & in eius ſodalitio in Collegio Aquic. Soc. Ieſu Duaci, adſcriptus, cum ibi olim Philoſophiam diſceret.

B Cometa hic caudatus apparuit Germanis 1. Decemb. vſque ad initium anni 1619. circa Arcturum in altitudine 2. graduum ab Terræ ſuperficie eleuatus ad milliaria Germanica 216625. iuxta Cyſatum: atque adeo ipſum intra Cælum. Capitis ambitus ad 550. at Cauda 29. Decembr. (quo die fuit longiſſima) porrigebatur ad 382700. atque adeo ſeptuagies Terræ circumvolui potuiſſet.

Cæſaris oſtendit Germanus, & vxor, & ipſe
Mox etiam Cæſar; tali quos tempore raptos
Luxit corde gemens, tot par & debitus, ingens
Bellis Fernandus. Luxit præſaga futuri,
Civileſque timens, turbata Vienna, tumultus.
Tantùm illi Fratres, alter Leopoldus, & alter
Reſtabat Carolus tantarum aſſumere Partem
Qui poſſent rerum. Totidemque virentibus annis
Impubes Nati, curis nondum vtilis ætas:
Et totidem Bavarâ genitæ de Matre Puellæ.
A *Huc cum magnanimi Heroës, his fortè diebus,*
(Nempe vocante Deo) diverſâ ex Gente, coiſſent;
Idem omnes invaſit amor, Bellique cupido
In Turcas, Chriſti, æternos & Virginis Hoſtes.
Et placuit tantâ ſub Bellatrice (vetuſti
Serpentis quæ prima caput fibraſque ſuperbis
Protrivit pedibus, genitalis criminis expers)
Devotas ſuperis Animas rite Agmen in vnum
Cogere, & intextâ diſtinguere Pallia Divâ
At non in Turcas præſens nova prælia tempus
Hoc ſinit; illa ſatis nimiumque ferocia fervent
Chriſticolas inter. Sublato Cæſare nuper
In Regem ægreſcunt iræ, licet ipſe rebelles
Flectere, & oblatâ compeſcere Pace laborat.
Quin potiùs Moravos (quos & reverentia Patrum,
Et metus, incertos pridem tenet) accupat armis
Turnius, & Bello bella ad ſocialia cogit.
Hinc & ad Auſtriacos (quorum Pars fortè Viennæ
Tempora captabant armorum, & rumpere Portas,
Protinus excitâ cum ſeditione, parabant,
Aut prenſare, nefas! prenſumque includere Regem)
Agmina Danubium velox tranſmittit; & omni
Ambit militiâ murum, egregiumque putavit
Cæſaribus toties habitatam & Regibus Arcem,
Tormenti violare pilâ; indicioque pudenti
Ad facinus ſocios accendere in vrbe furentes.
Annua Lux aderat, cùm maieſtate remiſſâ

Mors Archiduc. Maximiliani.
tum Auguſtæ.

Annus 1619.
& ipſius Matthiæ Cæſaris.

Ordo Equitum Immac. Conceptionis Deiparæ inſtituitur Viennæ.

Fruſtra Ferd. Rex literis datis 26. Martij offert Bohæmis Privilegiorum confirmationem.

Comes Turrenſis Moravos ad Bohæmicum fœdus armis impellit.

Danubium cum copiis traijcit.

Viennam obſidet ac in Cæſaream Arcem eiaculatur.

Feſtum V. Sacramenti

G *Chriſtus*

A Ordinem hunc inſtituere Carolus Niverniæ &c. poſtea Mantuæ Dux, Princeps Ratziuillus Alijque Equites Germani, Itali, Galli, Poloni, ſub nomine Immaculatę Cõcep. Deiparę, & S. Michaelis patrocinio

Digitized by Google

Chriſtus, & exiguam farris contractus in orbem,
Aureoloque nitens ſolio, trans lucida Plebi
Conſpicitur criſtalla. Illum grandævus vtrâque
Myſta manu portat per odoras floribus vrbes.
Vernat humus nardo; muros aulæa colorant.
Circùm, mille faces lucent, & cantica dicunt

Religio totius Germ. erga V. Sacram. nondum Hæreſibus corruptæ

Quiſque roſis nudum cincti caput: iſta per omnem
Integra Teutoniam ſtabat, cultuque vigebat
Religio Habſpurgiûm dum gloria magna Rudolphus,
Auſtriadumque auctor Pietate inſignis & armis,
Ad ſummos, ducente Deo, conſcendit honores.

Rudolphi I. illuſtre factũ & celebre 1264

Per ſalebram, ſacrâ pedes ibat ab Æde ſacerdos,
Pauperis ad Lycidæ cellam; miſeroque ferebat
Divinas ſub morte dapes; quâ fortè fugacem
Habſpurgus telo Cervum, curſuque premebat
Vectus Equo; clamore canes, lituiq; ſequuntur.
Non tulit hanc ſpeciem Princeps; quin ipſe repente
Deſilit & prono veneratur poplite Chriſtum
Nixus humi, ſellaq; iubet ſuccedere Myſtam.
Tum frænos rapit ipſe, præitque equitantis Agaſo
Numinis, exploranſque vias deducit euntem,
Redducitque, luto exultans, cœnoque decôrus.

Auguſtiſſimæ Auſtriacę domus poteſtas & gloria.

Imperium obſequij merces fuit: atque per orbem
Diſsita Regna procùl, Soliq; admenſa Poteſtas;
Quippe indeficiens oritur, nec deficit vnquam
Hiſpani Imperio Regis; quin quolibet hora
Momento, ſeu lucis ea eſt, ſeu noctis opacæ,
Parte aliquâ Chriſtum deſcendere cernit ab æthra
Auſtriadum in Terras, ſimul enthea Verba ſacerdos
Ore dedit tacito, & ſublimem excivit ad Aras,
Quem Mare, quem Tellus, quem Cœlum haud continet ingens,
Vlteriùs ſeſe ſuper Aſtra Poloſque ferentem.

Philippus IV. Hiſp. &c, Rex idem cum

A *His etiam obſequijs, hac auſpice Numine, Patriſ*

Nuper

A Philippi IV Hiſp. &c. Regis pluſquam regiam in Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum Religionem & munificentiam deſcribit Claudius Clemens è Soc. IESV qui præter varia, addit ab ipſo Rege ſuppeditari in ſingulis ferè Religioſorum Templis, quę in Provincijs ſedecim Indię Orientalis ſunt, vinum & ſupellectilem ad ſacra facienda, & oleum ad lampades, quæ coram Ven. Sacram. ſolent ardere. Item intra vnicum Annum, ex ſolo Quęſturę Mexicanæ Ærario, qualia Rex quinquaginta quatuor habet in eâdem India, in ſimiles vſus erogata ducatorum millia ſexaginta. Hæc & alia ille in ſua Diſſertatione Chriſtianopoliticâ.

Nuper init ſolium, Gentis Regnator Iberæ.
Principis exemplo, Proceres ea Feſta quotannis,
Plebſque adeo paribus ſtudijs, ludiſq; frequentant.
Pars pedibus, digitiſque micant; agitantque choreas,
Ad numerum Templi medio. Pars vecta quadrigis,
Obvia diviſas pandunt per Compita ſcenas.

Rudolpho præſtitis Philippi III. Patris funus curaturus, & aliàs ſæpè. Hiſpanorum erga Ven. Sacramentum ſtudia, choreæ, ſcenæ.

Tum reſidem properant Circo depellere Taurum;

Ludi Circenſes.

Et iaculis caput, & iaculis perſtringere coſtas
Diverſi hac illac Pedites. Ille anxius hæret

Taurus ſtimulatur.

Quem cornu petat; at conantem obiecta moratur
Purpura, & avertit tergo data crebra cicatrix.

Purpuræ obiectu ſiſtitur.

Emicat averſus: plagiſq; recentibus ardens,
Latronem petit; & ſublatum cornibus altè
Excutit; exclamant ſubito terrore Coronæ,

Excutit pedites.

Cominus accelerat totis Eques vltor habenis,
Inque feri frontem, media inter cornua, telum
Dextrâ adigit; boat ille fremens, geminiſq; coniſcans
Cornibus, vrget equum, & perrupta deijcit alvo.

Item equos.

Sella exultat Eques, cædi dat buccina ſignum:
Arma Viri; nunc tela manu, lataſq; ſecures
Expediunt circùm, & ſucciſo poplite ſternunt
Exanimem, & gladijs figunt per colla, per armos.

Perimitur.

Haud minor & noſtros habet exultatio Belgas,
Alberto lucente facem. Comitatur Eliſa
Sponſum ſponſa, animis gradiens & paſſibus æquis.

Alberti & Iſabellæ Belgij Principum religio.

Quamuis Sol capiti gravis incubet. Ambit vtrumque,
Solemnemque trahit denſo Plebs agmine cœtum,
Ad Gudulæ Templum, & violati Numinis Aras:
Vltrices Aras, Iudæi æterna furoris,

Ven. Sacramentum, à Miraculis nuncupatū Bruxellæ.

Virginis in Prolem monimenta. At rara Viennæ,
Fernando comes, it ſtreperam ſacra pompa per vrbem.

Ferdin. Viennæ ſupplicabundus procedit

Quin Arci vt ſeſe Rex rettulit; advolat iſthuc
Turba furore amens, atque impia Templa Luthero,
Pulpitaque impuris etiam Præconibus orat.
Ni faciat, vim quippe manu, fremituque minantur,
Queis ita ſedato Fernandus pectore fatur.
„ Quæ negat Altitonans, precibus concedere veſtris
„ Non opis eſt noſtræ. Vellem indulgenda rogari.

Suis reſponſio & fortitudo ad impia Hæreticorum poſtulata.

„ Et

„ Et quidquam inſperſit nobis Natura benignum.
„ At non regnandi veniat mihi tanta libido,
„ Auſtria non mihi ſit, non ſit Germania tanti:
„ Vt donem probroſa Deo. Felicius iſthæc
„ Virga, per & Sylvas (Virgam nam fortè gerebat)
„ Perque Agros me-me hinc Tecti regat omnis egentem.
„ Quin placidi perſtate animis, dum mente revolvam
„ Intereà, quantum vobis me inflectete fas eſt.
Sic ait (at nondum fremituſque iræque reſidunt)
Et Conclave petit, pendentem vbi gemmea Chriſtum
Crux habet, atque infrà conſtanti pectore Divam:
Sic illum alloquitur curvo Rex poplite ſupplex.

Et ad Chriſtum crucifixum oratio.

„ Rex Regum, qui Sceptra volens donaſque rapiſque;
„ Qui pridem Ottocarum noſtri virtute Rudolphi
„ Straviſti exitio penitus; Caroloque recenter
„ Fernandoque altam mentem vireſque dediſti
„ Saxonicas Acies medium tentare per Albim,
„ Temptoreſque Crucis contemptâ irrumpere morte:
„ Effrænis Populi, quò verba procacia tendant,
„ Ipſe vides, tantos mihi da componere motus:
„ Quamq; potes, iam rebus opem bonus affer in arctis.
Incenſæ valuêre preces: & credula facti
A *Fama refert Chriſtum ſic reſpondiſſe loquenti;*

Chriſti reſponſio.

„ Parce metu Fernande, mea eſt hæc cauſa laborque:
„ Nuſquam abero; ereptis ego te per prælia Regnis
„ Reſtituam, exemploque geres diademata noſtro,
„ Et ſtimulis Bellorum, & curarum horrida ſpinis.
„ Perge modò; & quam poſcis opem brevis afferet hora.

Improviſum auxiliū.

Dant verbis eventa fidem; tenet ecce, (Phalanges
Per Turnij medias) nulli proviſa, Viennam
Tuſca Phalanx Equitum, Regi obſequioſa, Tubæque,
Et curſus ſonitu, Cives conventibus arcet,
Ne quid conſiliis, aut vi per compita turbent.
Illam quis Genius tanto in diſcrimine muris
Intulit, haud certum; tamen hinc via prima ſalutis
Panditur, atque rei meliùs ſpes magna gerendæ.

Parte

A Chriſtum è Cruce Ferdinando locutum multi exiſtimant. Lamormannus in Libello de eius virtutibus non negat. Et quidam vir Religioſus haud ſemel dixit, interrogatum ab ſe, Verumne id eſſet, Ferdinandum ſubriſiſſe, attamen non negaſſe.

Digitized by Google

A *Parte aliâ, ad Carolum rumpit ſibi Belgica primos*
Militia acceſſus, & Pugnæ protinus omnes
Inſtantis, primas auſi ſunt poſcere partes.
Hercinias inter ſylvas, Monteſque præaltos;
Paſſavio, fauces, quæ ducit in vſque Bohemas,
Eſt via, quam pretio æquatam, Agreſtûmque labore,
Auratam dixêre; hanc multo ſanguine nuper
Poſſeſſam, ærumnis mox deſeruêre Rebelles.
Invadit reduces, ſternitque, nec impete primo
Bucquoius; ſonipes Mansfeldum fervidus aufert,
At non Rhingravium; quamquam hic calcaribus inſtat
Et fremitu, laxâque fugam molitur habenâ
Captiva invehitur Turma, tamen ora dolore
Avertens, ne tot cruda inter vulnera cæſos
Cogatur ſocios, Budweiſſa per arva, tueri.
Oppida Bucquoio cedunt, vel ſponte, vel armis.
Mansfeldo redeunte, Pragâ trepidatur in omni:
Arma omnes rapiunt, fœdi tutantur Apellæ
Chriſtiadas, gladijs omnes Haſtiſque ſuperbi:
Scilicet apta Pragæ cuſtos Iudæa Propago.
Mox quoque deſertâ reddùcere Caſtra Viennâ,
Et medio Atrebatem Regno removere iubetur
Turnius; & rediens, campos permittit eunti
Ad Mœnum Fernando, & noti ad nominis vrbem,
Quamdam Hellenopolim; pòſt, Francæ ab origine Gentis,
Francfurtum; faſces vbi Cæſar ſumere primùm
Voce Patrum lectus, Populo acclamante ſolebat.
At ſi ius par forſan erat, par cauſa duorum,
Ipſius ante vrbis conſpectum, & mœnia; Bello
Mos petere Imperium, & totis concurrere Caſtris.
Victorem diviſus honor, faſceſque manebant.
Illac Fernandum, per mille pericula, duxit
Teutoniæ Cuſtos Archangelus; atque latronum
Submotum

Prima Belgarum Equitum Turma ſub Mortæo VValenſtenij Legato adiungitur Bucquoio, tum aliæ Equeſtres & Pedeſtres.

Via aurea à Bohemis occupatur.
Deſeritur.
A Bucquoio iuxta Teinam cæduntur Bohæmici 1200 capti 1400. in Iunio.

Pragæ decimus quintus quiſque armatur Iunio menſe.

Ferdinandus Tendit Francofurtum ad Comitia.

A Primâ hac expeditione miſſi è Belgio ad Bucquoiū auxiliarium millia vndecim, nempe VVallonū Pedum ſex in duas legiones, quarum vna ipſius Bucquoij erat, altera Ducis Bournonvilli, diſtributa: Tum Iuliacenſium Peditum tria millia ſub Ioanne Naſſovio Comite. Denique duo Equitum VVallonum in duas Legiones ſub G. ucheſtico Chiliarcha, & Mouhæo VValenſtinij Legato. Præter has acceſſere aliæ duæ Legiones Peditum ex Italia, vna VVallonum ſub Guillelmo Verdugio, altera Neapolitanorum ſub Carolo Spinello. Ita du Cornet.

Digitized by Google

Submotum inſidijs, pl cidâ ſtitit æquus in vrbe.

Archidux Leopoldus Viennæ relictus.

Abſente interea Leopoldus Rege, Viennam
Servat, multa timens: & Civibus eripit arma.

Archidux Carolus militem in Polonia ſcribit.

At Carolus, Niſſâ quem iam Sileſita rebellis
Expulerat, multas Equitum pro fratre Phalanges
Sarmaticum exorat Regem, totoque coactas
Suppetias Regno, Regni ad confinia ducit.
Et iam Francfurtum diverſi quique, ſupremi

Ferd. ab Electoribus admittitur tanquam Bohem. Rex Bohæmis reluctantibus.

Convenêre Patrum; medioque exceptus ab illis
Fernandus; muſſant quamquam permulta Bohemi,
Atque illum arceri Cœtu non ſegniter orant.
At quando quis ſceptra geret, quis fræna capeſſet
Imperij, ſtudijs etiam diſcordibus actum eſt;
Tum verò pendêre animis, quæ Bella ſequentur,

Moguntinenſis Archiepiſc. Io. Suicardus pro eligendo Imperatore anxius.

Sat gnari: & ſocijs præſertim ex omnibus vnus,
Pectoris invicti Præſul, Suicardus; & inter
Tot pavidus curas, & ſera tædia noctis,
Solus in Ædiculam ſecedit, opemque Mariæ
Voce vocat tacitâ. Tum deinde ſilentia miſcet,
Ægro corde dolens, interfaturque dolori,
Cum lacrymiſque gemit. Cæli, ſed plura paranti

Ei Ferd. eligendum Deipara perſuadet.

Conſpicuam ſe dat Regina; dehiſcere viſus,
Nec poſſe hoc tantum fornix transfundere lumen.
A Tum Virgo alloquitur pavitantem: Abſiſte timori;
„ Neu dubita Suicarde, tibi depoſcere Regem
„ Fernandum, mihi quem toties promiſit Ieſus
„ Vltorem ſimul Hæreſeon, ſcelerumq; futurum.
„ Ac ne fors Erebus tantis conatibus obſtet,
„ Pace illum Belloque tegam. Sic fata ſenilem
Afflat lætitiis animum, atque ingentibus auſis.
Afflat odore locum, & cæli ſuper aſtra receſſit.

Ferd. eligitur 29. Aug. in Regem Rôm.

Mox Præſul turbata iterum Comitia cogit,
Fernandumque legunt Votis, Regemque crearunt
Gratantur Regi Proceres, gratatur & ipſe,

Livorem

A Hanc Deiparę apparitionem & colloquium cum Suicardo Archiepiſcopo Moguntino Francofurti agente, *Ne time, Fernandum elige* &c. referunt Zieglerus in funebri oratione Suicardi, Wadingus in laudatione Ferdinandi, Veridicus Germ. Item auctor Laureæ Auſtriacæ & alij. In hoc autem rei cardo vertebatur, vtri alteros præverterent, Bohæmi in Pragenſibus Comitiis Ferdinandum abdicando, vel Electores in Francofurtenſibus in Regem Romanorum eligendo, ſed hi priùs, illi poſteriùs effecere.

Digitized by Google

Livorem officijs cælans Fredericus acerbum.
Hoc Praga iudicio tremuit; cæciq́ue dolore
(Quò non præcipitat furioſa Rebellio, quò non
Hæreſis!) A *abiurant Fernandum nocte ſequenti,*
Ad ſummos quem Lux heſterna evexit Honores.
Conclamantq́ vnà Fredericum voce Bohæmi,
Regnandi quem cæcus amor, ſuccumbere demum
Impulit, & dubios nimiùm contemnere caſus.

Exuitur à Bohæmis Bohæmiæ Regno.

Fredericus V. Palatinus eligitur in Bohæmiæ Regem.

Suiccardus contrà, curarum parte ſolutus,
Francfurti tepidæ captabat frigora noctis,
Graminis in tumulo, facie converſus ad Auſtrum:
Cùm Cælo monſtrum ſub ſidere Virginis altè
Suſpicit admirans, rutilas in lumine Cunas,
Divinæ cunas Pupæ, cui Gratia vultum
Finxerat, at bis ſex decorabant Tempora ſtellæ.
Sublatâ tunc ille manu ſic exilit: Omen
„ *Accipimus Regina, tuos veneramur & Ortus*
„ *Auſpicijs. Dabit Auſtriaco Lux illa Coronam,*
„ *Quæ tibi mortales quondam prima obtulit auras.*

Coronatur Ferdin. in Regem Romanorum poſtridie Nativitatis Deip.

Ergo novos plauſus, & Regia ſacra, laborat
Quæq́ ſuo Regi, Gens Francfurtique, Pragæque
Arte, opibus, pariterque animis certatur vtrimque:
Alta Theatra locant Templis; ſtant pabula flammis
Apta Rogi, muro Tormenta, repagula Circo;
Dant Epulis Pompæque modum; quibus aſtet in armis
Conſpicua, atque ineat Certamina ludicra Pubes.

Apparatus Francofurti pro Ferd. Pragæ pro Frederici Coronatione.

Interea Arthefius per ſeria Bella Bohemos
Impulit vſque Pragam, reſideſque invitat aperto
Ad Pugnam Campo. Metuunt prodire vocati:
Vallatique cavent ne cogi ad prælia poſſint:
B *Donec Anhaltinus demum novus affuit illis*
Ductor. & innumeræ diverſâ ex Gente Catervæ,
Quas tanti nomenque Ducis, Regiſque novelli
Religio, iam ſub Calvinica ſigna coëgit.

Bucquoius occupatâ per vim 25. Auguſt. Piſſerâ, ad Pragam excurrit.

Quin Transſylvanis etiam Bethlêmus ab Oris,

Bellum Tranſylu, 1.

H *Perſi-*

A Prætextum abdicationi vanum & triplicem adduxêre.
1. Quòd electio non legitimè, quia non ex Regni conſuetudine inſtituta.
2. Quòd vi, dolis, donis extorta.
3. Quod conditiones electioni appoſitæ, ab Ferdinando ſervatæ non ſint.
B Chriſtianus Princeps Anhaltinus ſenior, idemque Comes Aſcaniæ Bernburgi, & Cercueſtæ dominus

Perſidiâ, Turciſque Gabor comitatus, in urbes
Involat Hungaricas; *quater illum dena virorum*

Gabor Caſſoviam fraude; Poſonium & Regni coronam occupat.

Millia circumeunt; ac primùm fraude, potitur
Caſſoviam; mox Poſoniumque ſimulque repoſtam
Hungariæ rapuit, Cœleſtia dona, Coronam.
Heu miſera, A heu fruſtra noſtro ſervata labore
Pannoniæ Pars una ſupèr! quod Turca nec auſus,
Hoc auſus Gabor, & potuit; parêre rebelli
Cogeris, & facilè pro Rege audire Tyrannum.

Hungariæ fertilitas.

Huic ſe non Auri Venis, non frugibus, ulla
Æquiparet Regio; centum illic millia, nondum
Rupta fronte boves ludunt, & gramina tondent,
Silveſtrumque greges cum Prole vagantur Equarum;
Capta dein Proles belli curatur in uſus.

Gabor & Bohæmi fruſtra tentant Bucquoium opprimere.

Partitur ſua Caſtra Gabor; Partemque Ragozo,
(Reſtiterat retro, ne quid Homonæïus illic:
Pro Fernando agitet, Gaboriq; incommodet ultor)
Partem Boihæmis iungi iubet: atque repentè,
Opprimere hoc tanto Belli ſub pondere Belgam.

Bucquoius Dampirio iungi, & unà Viennã reverti iubetur ab Archid. Leopoldo.

Aſt hic (ne coëant) medio ſtetit: attamen illum
Dampiriumque, (Quados rarâ qui diſtinet impar
Militiâ) iuſſit Leopoldus adeſſe Viennæ:
Victâ etenim rueret ſimul Auſtria tota Viennâ.
Parent & mæſti non mollia iuſſa capeſſunt.

Sequentibus Bohemis Bucquoius pugnandi copiam facit.

Hoſtis terga premit; ſed Belga prementibus, ora
Obvertit, Pugnamque offert: quin impetat ultro;
At ſcripto id vetuit Cæſar; nam Belga Bohæmis,
Quippe nec alternis, quos oppoſuiſſet, habebat.

Conflictus ad Pontes Viennẽſes 25. Octob.

Ventum erat ad Pontem, ſecti qui Brachia iungit
Danubÿ, & ſignis pleræque micantibus Amnem
Tranſierant Acies; cis ſtabat in agmine tantùm
Extremo cuneus; Pontiſq; in limine, molem
Dimidiæ ad ſpeciem Lunæ, Vallumque tenebat.
Diſpoſiti in Turmas, huc primâ luce, Bohæmi
Contendunt, denſique viam perrumpere tentant.
Obſtitit: & rarâ ſtipatus Pube repugnat

Bucquoius,

A Tillius in Hungaria ſub Mercuriano Duce militauit, primò Equitum Tribunus, mox rei Tormentariæ Præfectus, denique Prolegatus, ſeu Mareſcallus Generalis. Vide Promulſid. Elogij Tilliani.

Digitized by Google

Bucquoius cum 800. peditibus repugnat.

Bucquoius, prima exultans in fronte ſuorum.
Qui poſtquam innumeros accedere cominus Hoſtes
Conſpexêre, fugâ tranſmittunt præpete Flumen
Deſerto Duce. Sed profugos, Vultumque pedemque
VVallo referre iubet Miles, qui ſcilicet Amnem
Tranſierat, Pontemque vltro Vallumque reviſit,
Reſtituitque loco pulſos. Mox nitrea lucem
Vaſa (malum!) accipiunt, flammamque per ora, per artus

Infortunium

Pugnantûm offundunt, iterumq́; abſcedere cogunt
Ambuſtos. Cæco Pars præcipitata dolore
Mergitur, auxilium nidori habitura ſub vndis.
VVallo tamen ſoluſque ſtetit, Lichſteinius illuc

VVallonum virtus.

Dampiriuſq́; volant; illuc Marradius, atque
Corpora multa neci dedunt, dorſoque iacentum
Boihæmûm, imponunt ſclopos, feſſique reſiſtunt;

Cæſi Bohęmi.

Dum Pugnæ finem dedit Heſperus. Ergo per vmbram
Ab ripa retrahunt Pontis caput. Inſula tutos
Accipit, at triſtem reditus ſomnuſq́; Bohæmum.

Ingreſſus Palatini Pragam.

Turnius hinc, aliiqúe orto petiêre Tribuni
Manè Pragam. Fredericus adeſt; cui dulcis Eliſa
It comes, atque omnis Boihemia confluit iſthuc.
Vrbs Regnum eſt. Portis effuſa occurrit eunti
Nobilitas in Equis; cultu Plebs tota pedeſtri,
Præſertim Agricolæ Clavas, & grandia ſcuta
(Qualia Ziska tulit quondam per tela per hoſtes)
Concutiunt; quorum fandi doctiſſimus vnus,
Prægreſſus reliquis, Fredericum accedit, & audens
Occupat alloquio, riſumque cievit, Agreſtem
Miranti, quantùm ille oculos vocemque ferebat
Intrepidè; quæ tanta rudi fiducia linguæ.
At ſacris decreta dies, vt fulſerat vrbi;

Coronatio Huſſitico ritu 4. Nouembr.

Sede Palatinus ſidit ſublimis in aureâ,
Stat Populus circum; qui ter iubeatne rogatus,
Aſſenſum ter voce dedit. Mox Pſalmus, & Hymni
Æde ſonant totâ; tum ſacra volumina Princeps
Contingens digitis, ſolemnem iurat ad Aram.
Iurato properè frons vngitur: atque Corona
Inſeritur Capiti, Autumno ruitura ſequente.

„ *Cum foliȷs. Nutant inſuetâ in fronte Tiaræ;*
Quos deceant, ſat ſceptra ſciunt. Mox cætera tradunt
Quiſque manu Proceres inſignia. Feſtus in auras
It clamor, ſimul argento, ſimul inſuper auro,
Et vino bicolore pluit. Poſt ritibus yſdem,

Coronatio Palatinæ 7. Nouembr.

Tertia conſimili ſponſam Lux ornat honore,
Et ſociam Thalami, Regni quoque, fecit Eliſam.
Illa ingens animis, pretioſa pericula, vultu
Accipere immoto potuit. Par adfuit vrbi
Nulla dies, geminum credit ſe cernere ſolem,
Aut plenam cum Sole ſuo ſplendeſcere Lunam.
Tum Regnum temerè acceptum, firmare caducis

Ferdinandus Electores Eccleſiaſticos, Francofurti ad fœdus ſollicitat.

Regulus aggreditur Pactis; ſat conſcius ipſe,
Succardum veluti ſocioſq; in Franconis vrbe
Fernandus, iam Cæſar, opem in noua bella popoſcit.
Annuerunt omnes poſcenti. Hinc iuit amœnam

Et Herbipoli Godefridum Epiſcopum.

Lætus ad Herbipolim, Mariani nominis Arcem
Horridulam ſuprà ſaxis, & collibus infrà
Frugiferis, tantumq; mero ſpumante natantem,
Quantùm illam Mœni circumfluus alluit humor.
Hic pietate grauem Godefridum, auique decorâ
Canitie, ad Partes voce inuitauit amicâ
Tendentem palmas, & fœdera cepta ſequentem.

Herbipoli Auguſtam Vindelic. vbi magnificentiſſimè excipitur

At ſimul Auguſtæ pretioſa ſuburbia Cæſar
Attigit, erumpit Gens tota, & Tempora ſupra
Principis, Vmbellam gemmiſque auroque toroſam
Comportant manibus Patres, Mannoque ſedentem
Inuexêre illum Portis. Tum munera promunt,
Et vinum, & fruges, Argenti Aurique talenta.

Auguſtâ Monachiū, deducente Maximiliano Bavaro.

Maximus occurrit Procerûm cingente Coronâ
Æmilianus eques, Bavarûm Dux, acer & ipſe
Hæreſeon domitor; cui mens ſub pectore forti
Prouida, & eximios ſapientia magna per artus.
Fernando Imperium Fratri gratatur, & vnà,
More triumphantis Monachi perducit in vrbem.

Templum Monachij B. Virginis.

Iamque iter emenſis totum, muroq; propinquis,
Virginis apparet geminis ſe Turribus altè
Oſtentans Ædes; artem mirantur, & Ædis,

Inſana

Inſana molem, & Cælo ſurgentia Templa.
Vnum præcipuè ſaxis ſublime politis Patrum Soc. IESV.
Veſtibulumq; ſuper peregrino è marmore vivis
Conſimiles ſtatuas: Medio Aliger arrigit enſem
Teutoniæ Rector Michaël, radijſq; coruſcans
Eminet, ingenti cum lumine nomen IESV.
Aſt vrbem ingreſſi, ſpatijs latiſſima cernunt In vrbem ingreſſio
Compita; iam denſo ſpectantum vndantia fluctu.
Sæpe opus est lentare gradum, & conſiſtere Pompam,
Dum ſecet obiecto Turbam mucrone ſatelles,
Principibuſque Viam Ducis ad Tecta inclyta pandat.
Illic marmoribus ſtant omnia: contulit Orbis Palatiũ Monachienſe
Materiamq;, artemq;: foris venère Magiſtri
Acciti pretio; quin Copia colligit iſthic,
Quidquid vbique eadem ſparſit. Siphonibus vndæ
Et latebris Cervi ſaliunt, & Tygrides antris;
Atque vrſi villis, & acuto lumine lynces:
Et, qui progenerent ſervato tempore Prolem,
Diſſimiles ſexu, ſimili ſub pelle, Leones.
Omnia luſtravit quoties ſpectacula Cæſar,
Conſilia inſeruit, rumpens ſua ſeria, ludo.
Hæc per conſilia, & fœdus cum Cæſare firmum Ferdinandi cum Bavaro conſilia
Æmilianus init; tum quâ virtute, modoq;
Bellandum, concors ſententia ſedit vtrique.
Aſt Oratores Fernandus ſparſerat ante, Eiuſdem ad Pontificem, Reges Hiſp. & Poloniæ alioſque Legationes.
Qui, ſibi quæ fuerat nuper conceſſa Poteſtas,
Quanta Palatini fraus, quæ violentia Bœmi,
Romanum imprimis Patrem, Italiæque Dynaſtas,
Sarmatiæ, Belgaſque, Hiſpanorumque Philippum
Edoceant Regem, auxiliumque in tempore poſcant.
Parte Palatinus aliâ, ſocerumque Britannum Palatini ad Regem Magnæ Britanniæ, Hollandos, Gaborem &c.
Sollicitat; Batavoſque procul, Gaboremq;, ſimulq;
Hungaridas, Turcaſque, & quotquot Teutonas atrâ
Hæreſis invidiâ, Fernando inimica, vocavit
Pregnitij ad ripas; vbi Norica Berga ſuperbum
Attollit caput & centenis Turribus exit.
Regulus huc ſeſe cepta ad Comitia transfert
Vſque Pragâ: Regis titulos, & munera donant

H 3 *Iam*

Idem Comitiis Norimbergenſibus intereſt.

Iam læti Cives. Medio excepere Senatu
Solmus, Anhaltinus, Virtembergiſque, Caputque
Fœderis Ansbachides, Et Durlacenus & Haſſus:
Biſque decem, Dominis exempta, & iuribus, vrbes
Gaudentes proprÿs. Nequidquam Cæſaris illos
Dimovet Orator; promiſſa ingentia quiſque
Accumulant; ſed ſpes diſcordia diſtulit amplas.

Ragozius ab Homonæo Cæſareo cladem patitur.

Intereà Raccozi Acies Homonæus in Arvo
(Caſſoviam iuxtà) conciderat; atque Viennæ,
Quam nova Bella petunt, retulit ſe in mœnia Cæſar.

Cæſar Viennam redit, Monachio.

Quippe memor Pontis, Cladiſque in Ponte receptæ
Turnius; & cari, Gabor ardens clade Ragozi,

Circa hanc populantur Gabor & Bohæmi

Agmina Poſonio protraxit vterq; Viennam,
Vlturi ſua damna rogis. Ergò omnia latè
Prædia corripiunt flammâ. Sed tendere contrà.

Cæſareorum in illos eruptiones.

Certum eſt obſeſſis; præſentia Cæſaris omnes
Expulit, & reditus iuſſit ſperare ſecundos.
Innumeros veluti ſi fors lacèſſiur in angues
Abſentis Proles Aquilæ; licèt vſque reſiſtat,
Dans pugnæ tantùm ſimulacra, Hoſtemque morari
Iam ſatis eſſe putet. Sed vbi redit arduus iſtuc
Ven'tu Genitor; tunc ſeria Bella capeſſunt,
Nunc roſtro, nunc vngue agiles, ſquammaſque revulſas,
Et ſpolia oſtendunt Patri, ſimileque madentes
Hoſtili plumas, atque ora rigentia morſu.

Cæditur à Bucquoio Gaborici ad Humburgum & Neoſtadium, A Dampirio Oedenburgum occupatur.

Sic poſt Fernandi reditum, creſcentibus auſis,
Bucquoius Campo, Dampirius Oedenburgo
Exigit Hungaricos, ſternens cum murmure valvas;
Enſe metens quotquot nondum fuga diſpulit Hoſtes.

Mansfeldus fruſtra tentat Cremſiam & Reneam &c.

Haud ita Mansfeldo ſimilis fiducia ceſſit.
Crempſenſem impulerat Portam; iamiamque ſubibat.
Interim, ſolitâ quando virtute reſiſtunt
VVallones, donec cæſi crepitacula linquant
Boihæmi; tentantque exin alia oppida fruſtrà.

Palatinus Norimbergâ Pragam redit

Conſilio iam finis erat, iam Belga videbat,
Quemque ſuas Procerum repetentem, Norica Terras,
Promiſſi quoque ſubſidÿ non certus, abivit
Regulus ipſe Pragam; cui paucis antè diebus

Ediderat

Ediderat facili Gnatum Regina dolore. Palatinæ puerperium
Lætitijs colit infantis cunabula vulgus,
Et pretioſa novo properat donaria Civi.
Verùm ſacrilego per pulpita celſa boatu Conciones Calviniſticæ Pragæ in Templo Arcis.
Horridus, & barba & manicis undantibus aſper
Calvini exclamat Præco, dum plurima circùm
Divorum ſimulacra videt, cultuque frequentes
Iconas. „ Et quænam hæc inſania tanta Bohæmi?
„ Cernitis iſta oculis, ait, aut Idola putatis
„ Ulla placere Deo, fauſtaſve obtingere Regno
„ Poſſe dein Pugnas, quamdiu per Templa, per Aras
„ Conſtiterint? Sic alto exſcendit plurima frendens,
Per medioſque ruens, Fredericum accedit, & orat
Ut liceat. Modicè ſubridens annuit ille;
Scilicet id Gabori (cui cum iam pacta novantur
Poſonij) gratum ſperat, ſocijſque futurum,
Et poſſe acquiri Calvino hac ſtrage Bohæmos.
Ergo parietibus Divûm ſimulacra revellunt ibidem Iconoclaſtia 21. Decemb.
Sacrilegi; ferroque ſecant, ac flumine mergunt.
Sternunturque Aræ: Iacet omnis verſa ſupellex,
Et Sancti cineres flammis traduntur & auræ.
Horruit hoc tantum facinus; raptiſque parabat Populus repugnat ne quid ultra.
Plebs armis prohibere nefas, ſi tenderet ultrà
Bacchantum rabies. Metuens ſed vulnera, ceſſit;
Ut primùm Populi ſclopos conſpexit & Haſtas.
A *Atque ea dum ſacras vis debacchatur in Ædes*
Effera: ſemirutis tres viſi exire ſepulcris Divorum trium è ſepulcris exceſſus & colloquium.
Cælituum ſpecie, Heroës. Hic Regis, at illi
Præſulis; atque omnes trabeâ, pariterque tiarâ
Conſpicui, menſamq; ſimul conſidere circum.
Illic conſilium cæpere agitare ſevero
Unanimes vultu; tum pangere fœdus, in unum
Qui ſe qui ſocios ad Bella vocaverat, Hoſtem.
Nempè in te iamiam læſi Frederice, tuoſque,
At pro Fernando, coëunt & Virgine, Divi.

LIBRI

A Trium hoc Cœleſtium Heroum Concilium & Fœdus refert Veridicus Germanus Viro cuidam pio fuiſſe oſtenſum; putatque eos fuiſſe Sanctos Venceſlaum Bohæmiæ Regem, Adelbertum, & Norbertum Epiſcopos.

LIBRI QVARTI.

Argumentum.

IAm Partium ſimultas, in Fœdera, Belliq; Apparatum, Bellumque adeò, nec vnum, erumpit. Pro Frederico Bohemia omnis coniurat, & quæ ei ſubſunt, Moravia, Sileſia, Luſatiaq; cum vtraque ſimul Auſtria, quamquam ea quæ inferior eſt, & moribus cultior, nunc tantùm & mitiùs, & minùs proteruè. Sed Frederico Bethleemus Gabor, Tranſylvaniæ Princeps, non tam Frederici commodo, quàm ſuo, & Ditionis magis, quàm Calviniſmi dilatatione; quamquam per huius obtentum, magnam ad ſe partem Hungariæ traxit. Per eandem & Fredericus Primarias Germaniæ Vrbes; & Provinciarum in Germania Inferiori Fœderatarum Ordines; & in Superiori, Principes Anhaltinos, VVeymarios, Ioachimum Anſbacenſem, & Georgium Iaquerendorfenſem, Brandenburgos; Haſſum Caſſellenſem, VVirtembergium, Bipontionum, Durlachium Badenſem, Hollachium, Mansfeldium Nothum, alioſque, qui ex fœdere inito Norimbergę, Calviniſtam ſumptu manuq; adiuvabant. Attamen quoſdam, Potentiæ Auſtriacorum dudum obliquos, invidia, è Cæſareæ dignitatis intra Familiam illam continuatione, adigebat. A Ferdinando Cæſare ſtabant extra Germaniam Pontifex Paulus, Hetruſcus, Hiſpanus, Albertus Belgarum Princeps, Polonus; intra, Maximilianus, Carolus, Leopoldus Cęſaris Fratres; quos inter, ille, Vratiſlavienſis, hic Argentinenſis & Paſſavienſis, Epiſcopi. Tum è Septemviris, Moguntinus, Colonienſis, Trevirenſis Archiepiſcopi, & Ioannes-Georgius, Saxoniæ, atque imprimis Maximilianus, Bavariæ, Duces; ambo nunc, tam pro aſſerendâ legitimo Bohemiæ Regi Coronâ, quàm antè, pro repudiandâ, firmi. Ad hos Herbipolenſis aliįq; Epiſcopi; neque in Saxone, Haſſove Darmſtadienſi, Religionis cum Ferdinando diverſitas, potior ęquitate fuit. Demum inter Mortales Styri, Carni, Carinthi, & aliæ Gentes, Auſtriacorum Hæreditas; & minori, ſed ſaniori è parte, Hungari. Pręcipua Cæſaris ſpes, in immortalibus erat, quorum Reginam Frederici Reguli iuſſu nuper Bohemorum aliqui pictâ in Tabulâ excæcarant, in Divos quoque diverſè iniurij. Eorum tres mox Pragæ, è ſepulchris viſi ſunt prodire, & in Fredericū, menſę contactu, fœdus ferire.

Iam

Digitized by Google

Iam pro Cæſare, in Bohæmia contra Anhaltinum Principem Bucquoius Comes; in Hungaria contra Bethleemum Dampirius; in Sileſia contra Iaquerendorfenſem, Carolus Cęſaris Frater, idemque Epiſcopus; contra Luſatios, Saxo; contra Auſtriæ Superioris Ruſticos, Maximilianus Bavarus, contra Anſbachium, alioſque in Palatinatu Inferiore Principes, Ambroſius Spinola, Venafri Marchio, cum Hiſpani Regis Exercitu, illuc progreſſus è Belgio. Magnus vbique in Partibus animus, & par cauſæ, in qua pluſquam de Regno, quia & tanquam de Imperij & Religionis ſummâ, certabatur. Fredericianorum (præterquam in Luſatia) numerus maior; Cæſarianorum conſenſio potior, atque inde felicitas, ſimul Inferiore, in Palatinatu, Superioreque Auſtriâ, Luſatiâque ſe oſtendens. Luſatios tamen Saxo, paulò tardiùs vicit, etſi potentior. Palatinicos Spinola dolo & morà, Auſtrios Bavarus celeritate, & magis Belli oſtentu, quàm Bello ſtravit. At eiuſdem, & Bucquoij de Bohemicis ad Pragam victoria, omni felicitatis genere excellit; quando ſitu, numero, & multiplici prærogativâ, victi præſtarent. Sed contra eos Deipara, Fortunæ Bellorumque Arbitra, pugnare haud vno indicio viſa eſt. Pragæ deditionem, Bohæmia mox ferè omnis; Bohemiæ, Moravia, Moraviæ, ſed aliquantò pòſt, Sileſia quoque ſecuta eſt, ad Pontificis & Ferdinandi Regis obedientiam rediens. Huius clementiam orant exorantque Partium devictarum Duces, Anhaltinus vterque, Parens & Filius; & VVeimarij etiam Fratres, eam redintegrato poſtea Bello contempturi. Eamdem reſpicere tantùm Gabor, Iaquerendorfenſis, Thurnenſis Parens (nam filius & coniux iam ſenſerant) cautè maluerunt; Mansfeldus autem lactare & fallere; vnus denique Fredericus, vel pudore, vel deſperatione, refugere; imò novi in Holſatiâ Fœderis atque auxilij fiduciâ, etiam aſpernari. Quippe Reguli (è Regno ſcilicet ad vltima Germaniæ profugi) miſertus Danorum Rex, & Saxoniæ Inferioris Principes, Exercitum ei Sigebergæ adpromittunt, quem non præſtitêre. Itaque is (exilij ſede ſocerum apud Britannum Vanè tentatâ) exteros apud Hollandos diu deliteſcit. E Palatinatu eius ſuperiore, & Bavaricorum manibus, in Inferiorem dolo Mansfeldius evadit. Frankendaliam nempe, aliaque Vindicaturus Oppida, quæ Anſbachius & alij Cuſtodes, Ferdinando iam reconciliati, expoſuerant Hiſpanorum Virtuti. Mansfeldium ſecutus eſt

Digitized by Google

LIBER IV.

CÆſaris in Partes, Roma quoque PAVLVS *ad Arã,*
Antiſtes Latÿ Paulus, ſummuſq́ Sacerdos,
Chriſtiparamque Ducem Belli, Aligerûmque Ca-
tervas,
Voce vocat ſupplex: aurique Talenta, Viennam
(Audendi ſtimulum, & Virtutis Præmia) mittit
Magnanimi largum pectus Senis. Omnibus idem
Ardor ineſt ſocÿs; armiſque piacula iungunt
Vnanimes, precibuſque cient ad fœdera Divos.

Annus 1620 Pauli V. Iubilæum Romæ ad S. Mariam Maiorem & S.Mariã ad Angelos.

Eiuſdem in Cæſarem liberalitas.

Iubilęum in Italiâ, Germaniâ, Belgio, &c.

At quos, aut Sanguis Frederico, aut plurima nectit
Relligio; adiungunt Bellis, ludibria vana
Multa precis, pſalmis intenti; & ab æthere Numen
Conclamant Templi medio, Puerîq́ ſeneſque,
Cumq́ Nuru ſocer, & balbâ cum Matre Nepotes:
Præcinit è cathedrâ Sutor, quem rancida Coniux
Excipit, & reliquum ſtridenti murmure Vulgus.

Cantus Hæreticorũ.

Et pluſquam precibus, pſalmiſque inſtatur vtrimque;
Vrbem in Franconicam primùm; tum deinde Turingam
Cæſarei coëunt, incœptaque fœdera firmant.
At Brunam Moravorum vrbem, Fredericus & auro
Et gemmis radioſus init, cui debita præſtant
Iuramenta Quadi, ſpondenſq́ ad fœdera, Turmas.

Conventus Catholicorum Herbipoli; & eorundem ac Saxonis atque Darmſtadienſis in Turingica vrbe Mulhanſiâ.

Palatini Profectio in Moraviam, Sileſiamque.

Indè Vratiſlaviæ Portam Vicoſque nitentes
Ingreſſum, Sileſitæ omnes; Plebs plauſibus ambit,
Officiis doniſque Patres. Redit ille repentè
Vſque Pragam (quamquam expectant & plurima muſſant
Luſacidæ) hiberuus properat ſe tingere qualis
Oceano Titan, poſtquam brevioribus Æthram
Aureus excurrit ſpatijs, noxq́ incubat atra.

Reditus Pragam omiſsâ Luſatiâ.

Digitized by Google

Turca auxilium Bethleemo denegat, Cæſarem inter Gaboremque Induciæ.

Sic Fredericum adigunt cura: nam Turca negavit
Auxilium Gabori; *& poſcenti, mollia Cæſar*
Otia conceßit Belli; dum nempe diei
September, noctique, pares redduxerit horas.

Hungari trans Danubium ſiti Gaborem temnunt. Auſtria Inferior Cæſari reconciliatur. Superior non item.

Hungaridæ pariter Dravumque Rabamque bibentes,
Imperia oderunt Gaboris; ſimul altera ſummos
Auſtria Fernando iurare inceptat Honores:
Altera quæ diſſecta Onaſo, propiorque Bohæmis,
Spirat adhuc Bellum, Pacemque proterva recuſat.

Bucquoij Victoria de Bohemis ad Langloſium 11. Febr.

Quin & Bucquoij, Fredericum ingentia facta
Cogunt eſſe Pragæ. Arteſij ſecurus, agebat
Langloſij, ſeptus clauſtris & collibus, Hoſtis.
Illuc Arteſius, dubio ſub luminis Ortu,
Adrepit multâ cum Pube; iubetque revelli
Septa manu, primoſque obtruncat limine in ipſo
Cuſtodes Partes mox cædem effundit in omnes,
Cuncta ruens, ſubitus reliquos agit impetus Hornam:
Vna ſalus, armis Hornam properare relictis.

Altera ad Hornam Dominica Palmarum 12. April.

Quamquam, nec meliùs tutos Longvallius Horna
Eſſe ſinit. Stabant Campoq́, Acieq́, Bohemi,
Quorum dum numerum explorat, vireſque ſitumque
Bucquoius, Proceres inter (prompti ordine ſtabant
Pòſt reliqui) comites ſic vultu affatur amœno,
„ Florentes hodiè Cæſar cum Plebe Vienna
„ Fert, ſocij, Palmas: & nos, nec fallo, feremus
„ Victrices, niſi veſtra poteſt me fallere virtus.

Bucquoij periculum.

Talia dicentem Boihæmi è colle propinquo
Signârant oculis equites, ſolitiſq́ ſub armis
Iam notum, invadunt bis quattuor agmine primo
Progreßi, ſclopiſque petunt facto impete contrà.
Sed (monſtrum!) pariter glandes vertuntur in vnum
Cornipedem: ruit ille ſolo, iam pectore toto
Sanguineus; talo Carolus quoque ſaucius imo,
Transfixam quà parte feri compreſſerat alvum,
Exilit, & pugnam ſtricto incipit enſe pedeſtrem.
Advolat huc properè comitum fidißimus vnus,
Et proprio delapſus equo, ſuccedere cogit
Cunctantem: ſuccedit, & „ o! concurrite clamat

„Sancta

Digitized by Google

„ Sancta Maria iubet, ſocij. Ruit vndique miles
Excitus, vlturuſque Ducem fert mille Bohemis
Vulnera, & ingentes cædis condenſat aceruos.

Deiparæ invocatio S Du Cornet.

Vere nouo, niuibus, ſeu ſole liquentibus, amnes,
Sic acies creuêre nouis legionibus ambæ,
Sed magis Askanij, cui nunc Peditumque Equitumque
Millia multa virûm, Batavi adducuntur & Angli,
Hungaridumque globi ingentes, quos perfidus addit
Boihæmis Gabor intereà, dum tempora vana
Pacis eunt, quam mox Regni ambitione revellet,
Quin etiam Auſtriadum Gens ruſtica, tendit eodem
Diſpoſita in cuneos; tendunt Sileſita, Quaduſque,
Luſacideſque, ſuas vbi d·dum cogit in vnum
Ductor Anhaltinus Turmas vtriuſque vocatas
Auſtriacæ Moravæque inter confinia Terræ.

A *Aſt iterum in Bœmos coëunt, abs æthere Divi*
Romanas dudum Leges ritusque peroſus,
Templorum Portas fieri hæc vbi ſacra ſolebant
Ipſe Pragæ clauſit Fridericus & obice vinxit
Multiplici, ne quiſquam illuc irrumpere poſſet.
Ecce autem ſacri primo mox veſpere, in illis
Audiri Templis cantus; & voce cieri
Ad numerum pſalmi; tanquam ſi vtrimque tenerent
Carbaſinâ ſub veſte Chorum, alterniſque ſonarent
Cantica ſuêta Deo, atque vltricia carmina, myſtæ.

Danubij ripam Grauenecka in collibus aptis
Servabat Carolus, certans abs Amne Bohemos
Arcere, armatos hac ne transducere poſſent
Auſtriacoſque iterum damnis fœdare novales.

Et quamquam Hungaridum Pars altera, Sarmaticûmque
Italidumque illi ſeſe adiunxêre recenter;
Hærebant potiora tamen, retroque manebant
Auxilia, Auſtraſidumque Vbiûmque immenſa Iuventus;
Quam Vademontanus, quam Cæſaris vndique lectam
Germanus,

A Cantum hunc in Pragenſi S. Viti templo Metropolitano ab Hæreticis & ipſius Frederici Aulicis 21. Iunij, die quæ eſt Octaua ipſi S. Vito Sacra auditum & ab ſanctis editum narrat Lamormanus ex Libro Caroli Caraffæ Cardinalis, additque anno altero eodem die ſumptum Pragæ de rebellibus Boæmis ſupplicium.

Copias è Lotharingia & Colonienſi ditione Leopoldus Archidux ad Bucquoiū adducit.

Germanus, trans & Rhenum, compendia Nigræ,
Per Sylvæ, Sueuûmque agros, Leopoldus agebat.
Stant contrà; pariterque vetant tranſire volentem,
Sortiti magis apta ſibi loca, Durlachiuſque,

Tranſitu eum prohibet Durlachius & alij fœderati.

Ansbachiuſque Duces, Wittembergiuſque, ſuaſque
Opponunt Acies. Et caſtris caſtra propulſet,
Impatiens ſi lis Auſtriacus, laxetque negatam
Armigerûm virtute viam; ſed Maximus arma
Oſtendat Bavarus (Bavari tunc caſtra regebam)
Dillingæ, campo promptus confligere) certis
Ni tranſire ſinant Leopoldum legibus Hoſtes.
Ansbachium movêre minæ: vocat ergò frequentes
Auxilio ſocios; venientes accipit Vlma,
Vlma domus ſuperûm, magnæ dum Virginis illic
Ferveret officijs Templum: nam mille ſolebant
Et lucere faces, & ſerta halare per aras,
Nunc ſacris exuta, & ritibus apta profanis.
Hanc tamen & Bavari, & Germanæ Gentis amore,
Virgo gerens oleam dextrâque comâque, reviſit
(Diſcordi fremerent Patres dum fortè tumultu)

Sed per Vlmenſis Conventus leges trāſire ſinitur.

Inſpirans pacem, & cœpti faſtidia belli:
Et ſtetit hoc demum Ducibus concordia pacto.
Omnis ab alteriùs revocator limite miles:
Auſtriacis tantùm fas eſto, ſimulque Bohemis
Bella geri Terris. Huc Turmæ huc bella ſequuntur.
Poſtquam hoſtes Bavarus ſub fœdera iuſſa coëgit:
Nec quidquam ſibi iam ſupereſt hac parte timendum:
Vertit in Auſtricolas bellum, Contendimus ergò
Paſſavium: Pars navigijs, Pars altera Terrâ:
Ipſe viâ magnæ decedit Matris in Ædem
„ Æmilius, votumque facit, ſi vincere Divam
„ Si dederit, pulcrâque domum cum laude reverti.
Sperate tum certus opis, ſigno erigit alto
Virginis effigiem, & tremefactis hoſtibus offert.
Vndique quos ſylvæ, quos vndique flumina cingunt.
Quin nemorum fauces vallarant abiete multâ

Bavarus in Superioris Auſtriæ Ruſticos movet,

Ruricolæ duri, & ſtratâ loca pervia quercu.
Nos fluviûm nemorumque obices ſuperamus, & auſas

In

In campos latebris irrumpere, fundimus vnà
Indigenûm Turmas. Arces panduntur & vrbes,
Et Bavarum admittit laxis quoque Lintzia valuis.
Tum pacem exorant miſeri, grandemque catenam,
(Danubium ſed enim tenſâ Gens cauta catenâ
Vinxerat, & largum penitus praeciderat amnem
Ne qua vehi poſſet merx aut annona Viennam)
Nunc Ducis imperio ripâ abs vtrâque reuellunt. Quos domat.
Nec nos plus quinis tenuit labor iſte diebus,
„Terroris vis tanta fuit; terrore domatur,
„Vulgus, & Auſtricolae quos non clementia dudum
Flexerat, accipiunt per bella breuiſſima, fraenos.
Caeſaris at iuſſu Dampirius aduolat iſthuc
Ad Bavarum; & verbis gratatus proſpera cepta,
Momento domitos penè, & ſine caede rebelles;
Longiùs inuitat victorem, oratque Bohemis Invitatus in Auſtriam inferiorem contra Boemos cum exercitu pergit.
Finibus abſtineat Turmas, dum iunctus ad Hornam
Arteſio, tumidum pariter depellat ab arvis
Auſtriacis hoſtem, dein per Boïema ſequatur.
Imus; & Auſtriacae reptamus ad intima Terrae: Profectio.
Per praepingue ſolum, fluxaſq; vligine glebas
Perque lacus denis Tormenta adſtricta quadrigis Viarum difficultas.
Stridebantque rotis, ſtabantque tenacia fundo;
Quamvis ſubijcerent lapſus, tabulaſque miniſtri.
Quin vacuas aedes, diſiectaque culmine Tecta;
Paſſim conſpicimus Villarum; at tritica nuſquam, Penuria.
Nuſquam vvae color; aut intonſi graminis herba.
Triſtis vbique fames, & prodroma mortis, egeſtas.
Navibus ipſa Ceres etiam devecta per Amnem,
Squallet amara ſitu; maſſam fluviatilis humor
Inficit; & vaſis, vini liquor omnis aceſcit.
Quin cum Dampirio, patulae ſub tegmine Quercûs
Accubitans Princeps, atri fruſta altera libi Bavari ſobrietas.
Partitur ſocio, ſibi detinet altera, & ori
Admovet; addit aquam, quando iam vina lagenis
Defecère, „ ſed O! Mors & Mars eccè coaequant
„Militibus Reges, ridens ait; at mihi tanti eſt,
„Fernando bellare, Araſq; & ſacra tueri.

Eſuriet

Digitized by Google

Eſuries ſeptem vexat nos illa diebus,

Prælia Bucquoium inter & Anhaltinum vario eventu.

Dum Carolum attigimus, totâ quem mole Bohemûm
Vrget Anhaltinus, cui non par ille, reſiſtit.
Omnis & alternis exſpirat cædibus Æſtas:
Seu geminos quoties agit in certamina Gallos
Criſtati Imperium Gregis: illi obtutibus iras
Exacuunt fixis, tum plurima vulnera figunt:
Dum roſtrum roſtro impediunt, atque vnguibus vngues,
Concutiuntque alis alas, & pectore pectus.
Neuter agro victor, donec de corte propinqua
Alterius lateri ſeſe nouus addidit hoſpes,
Auxiliumque tulit ſocio. Petit inde latebram
Æmulus, & pallet metuens certare duobus.

Retrahit Exercitum Anhaltinus in Moraviam.

Haud ſecus ad Belgam Bavaro accurrente, repentè
Fûgit Anhaltinus. Moravûmque receſſit ad Oras
Conſilio, vt iuncti, quo fugerat ipſe, ſequamur;
Et maneat Tellus intacta Bohemica Bellis.

Exercituum reliquorum Frederici Diſtributio.
Mansfeldius ad Pilsnam;
Iagerndorfius in Sileſia.
Erneſt. VVeymarius in Luſatia.
Anſbachius & alij in Palatinatu inferiori.

At nobis illuc Acies convertere certum eſt:
Dives vbi meſſis, rara it ſub ſigna Iuventus,
Quam modò Mansfeldus Pilſena ad mœnia cogit.
Cætera Aquendorfus Sileſitis Agmina latè,
Luſatijs Erneſtus habet Vinarius, arvis
Saxonicos contra, quos iam manifeſtus & ipſe
Fernandi ſocius, Dux Saxo movebat ad Albim.
Sed quibus, & geminam Gentem Ditionis Avitæ,
Tutandaſque illis Fredericus credidit vrbes:
Cum Pube innumerâ Rhenum, Mœnumque tenebant,

Ambroſ. Spinola cum Exercitu.

Ne quà tranſirent Acies, quas Spinola iuſſu
Admovet Alberti, Bello Ligur inclytus olim;
Conſilio mens firma, & prudens dextera Pugnæ.

Vaticinia.

Et iam fama palàm, vario ſermone ferebat,
Quæ Frederice, aliàs ſub cæco ænigmate, de Te
Veridici fuerant Vates infauſta locuti.

Leo Aureus ſeu Fulvus Palatini & Anglæ coniugis Inſigne.

E patrio ſaltu fulvum cum compare fulvâ,
Fulminea in Campos Avis invaſiſſe Leonem;
Dumque hic imperijs tenet arva aliena tyrannus,
Hinc atque hinc geminos vni occurriſſe Leones,
Quorum alter nigri, fulvi quoque velleris alter

Bellaces

Bellaces; Gryps hunc comitatur fulvus & ipſes
Quos præit, inſidens Aquilæ, pulcherrima Virgo.
Hac duce concordes, alienis impete primo
Raptorem, ac proprijs pepulerunt denique Terris.
Tot monſtris dedit vna fidem Lux annua Natæ
Virginis. Hanc lucem Cæſar magis omnibus vnam,
Et votis colit, & ſperat, ſentitque faventem.

Niger, Veterum, Saxoniæ Ducum, fulvus item Bavariæ, Gryps fulvus Bucquoij; Aquila nigra, Spinolæ: omnes in apice.

Nunc tria per totidem fluvios ſe Bella profundunt;
Atque Palatinum diverſa ex parte fatigant.
Spinoleas primum Turmas latiſſimus alveo,
Expoſuit circum Moguntia mœnia Rhenus.
Hic figit ſua Caſtra Ligur: ſua figit ibidem
Anſpachius; iamque & Vigiles nil longiùs abſunt,
Quàm poſſint voces audiri vtrimque loquentum.

8. Septembr. Nativit. Deip. tres in Fredericum exercitus.
1. Spinolæ ad Moguntiam.

Provides hinc animo latè, nudaſque Venafrus
Præſidijs vrbes, atque Oppida pervia tentat.
Cruzenacum, Alzeamque, illi Gens Ruſtica pandit
Segnes Excubiæ: ſimulat mox Spinola totis
Tendere Vormatiam Caſtris, primaſq; Phalanges
Huc movet ipſe ſequens tardè. Sed credulus illuc
Anſpachides præiens Openhemam linquit, & ampla
Vormatiam Vallo, & Pomeria milite cingit.

Deditione occupat Cruzenacum, & Alzeam.

Agmina ſed læva flectens, Openhema coronat
Mœnia, deſertamque Ligur mox verberat vrbem.
Tum Pontem Rheno; dein propugnacula Ponti,
Imponit Victor, Pubemque obducit, in Hoſtes
Hinc atque hinc aſtu felix, damniſque fatigat
Diſcordes. Sed enim mutila agmina quiſque reducit,
Partiturque locis ſparſim; nam proxima Bellum
Triſtis hyems proferre vetat; nec pergere Campo
Hortantur mala capta, aut ſpes meliora gerendi.

Atque Oppenhemiũ

Pons Rheno iuxtà impoſitus.

Palatinici diſcordes in Præſidia ſuos deducunt.

Iam modò, quàm vellent Frederici rebus iniquis
Abſtinuiſſe manus; nec ſuſtentaſſe caduci
Principis excidium, quo fortè premantur & ipſi.
Parte aliâ magnum Saxo Dux traijcit Albim;
Inque Palatini ſociam, fluvioque propinquam
Luſaciam, trahit hinc Miſnos, trahit inde Thuringos
Saxoniæq; globos veteris. Volfange præibas

2. Ioannis Georgij Saxoniæ Electoris Exercitus in Luſatiã.

Volfangus Mansfeldius Saxonis Legatus.

Militia rector Mansfelde; armata Iuventus
Tota fremit circùm, & Budiſſina cingitur illi.
Ocius erumpunt Cives, primóſque trucidant
Saxonidum, Satyráque Ducem mordace laceſſunt.

Contraque Budiſſina fortiter propugnata.

„ I ſequere in ſaltu lepores; timidóſnè putaſti
„ Aut Cervos agere, aut molles in retia Damas?
Tanta eſt auxilij, tanta eſt fiducia valli.
Quippe novas ſemperque novas è colle propinquo,
(Vndè per ambiguos flexus via ducit in vrbem,)
Mittit Aquendorfius Turmas, Civeſque levabat.
At medio inſiſti Aciem perſtare tuorum,
Occludiſque aditus omnes Mansfelde, petiſque
Acceſſu muros, & ſcalas ſurrigis aliè.
Devolvunt longas obſeſſi è mœnibus Ornos,
Cumque viris ſcalas vertunt, foſſaque ſupinant.

Ignibus demum missilibus ad deditionem adacta

Tormentis Tecta interea, miſſiſque per auras
Saxonici affligunt flammis; incendia gliſcunt
Per centum diffuſa Domos, non vnda manuſq;
Sufficiunt; Virtus conſumpta labore fatiſcit:
Panditur vrbs, vitam victis dat victor & arma;
Infelix defenſor abit, contorta recumbunt
Signa humeris, digitis extincta ellychnia pendent.

Lusatia reliqua Budiſsinam imitatur

At conſors metuenſque Parem Gens cætera pœnam
Fernandi redit ad iuſſus; damnatq; dolore
Perfidiam, Fredericum exoſa, exoſa Bohemos,
Abiectis ſupplex Pacem ſimul impetrat armis.

3 Bucquiano Exercitus Bavaricus adiunctus.

Tertius ac vnà ſub Luce Exercitus omnis,
Bucquoij coit & Bavari, iunctiſque per arva
Agminibus latè, dextras quoque iungere dulce eſt
Occurſu, aſpirat primo Lux feſta labori.
Fidentes animis, numeroq; reliquerat Hornæ
Aſcanius Turmas: quæ primùm ut rauca boare

Horna Bucquoio deditur.

Tormenta audierant, muroq; dediſſe ruinam;
Defecère metu, Carolóque recludere Portas

Id Bucquoius Deiparæ referens acceptum.

Feſtinant. „ Si iſta meos ſic contutis Hoſtes,
„ Diva (inquit Bucquoius) erit mihi ſacra quotannis
„ Iſta dies. Tractus contendimus vſque Bohemos,
Quò ſimul à Moravûm Terris tota Agmina vertit,

Noſtra

Noſtra premens latera, at Pugnas & Prælia vitans
Askanius: ſic quippè illum crebroque monebat
Auriacus Batavûm ductor, ne fidere Bello
Audeat, aut certare Acie, niſi fortè coactus.

Anhaltinus Catholicos ſequitur in Bohemiam.

Sed fixum Bavaro pridem, Caroloque ſedebat
Cogere cunctantem. Signis intexta duobus
Nos, radians auro, Cæli Regina, præibat;
Hungara quando lues, & noxius artubus humor
Irruerat Caſtris. Quis tanta funera Peſtis
Explicet, aut morbos poſſit cenſere iacentum?
Armigerûm perijt Pars altera; quique propinqui
Æmiliano aderant, tabo rapiuntur eodem.

Imago Deiparæ in labaris vtriuſque Ducis.

Lues Hungarica quatuordecim Bavaricorum millia abſumit.

Eveniſſe reor, nè quiſquam ingentia facta
Quæ deinceps medius dabit Albo in Monte November,
Bellantum numero, noſtriſque adſcriberet armis.
Budviſſam tandem attigimus per iniqua viarum
Marradio Turmas vbi dat, partemque ſuorum,
Arteſius, Bavarûm Partem Dampirius ante
Abſtulit in Gaborem: Hungaridum quem nupera Regem
Seditio, Pacis nimiùm pertæſa, creârat.

BudWeiſā adventus

Gabor Hungariæ rex 25. Augu.

At Budnam Æmilius, Pragadizam Vauxius, ille
Ignibus, hic ferro ſuperant: dein vtraque Piskam
Agmina contendunt: quod vbi deſpexit ab astrâ
Diva Parens, ſacris Gargani in vertice montis
Intentum affatur Michaëlem, & ducere nobis
Supplementa iſtuc iubet, Aligerûmque phalange
Pro ſocijs, Bavaro quos proxima Peſtis adêmit.

A Catholicis occupātur Bedna Pragadiza &c.

Finis induciarum cū Gabore 29. Sept. S. Michaeli ſacra.

Paret ovans niveumque Agmen ſuper Æquor & Alpes,
Illirici Hungariaque Iuga, Auſtriacoſque novales,
Boiemas agit in Terras; dum deniquè noſtris
Adiunxit Caſtris Caſtra hac cæleſtia ductor.
Et quacumque movet fulgentes are Catervas,
Reſplendet latè via, confertimque volantum
Protinus ardeſcit radijs blandeque coruſcat.
Haud tantum it Pelago lumen; dum Vere, profundis
Excitæ latebris, ad aquas venêre ſupremas,
Et pluviæ inſulſos imbres, roremque benignum,
Innumerum Haleces vulgus. Gravis anteit aureâ

Halecum lux

Rex alvo, Plebs tota ſubit, verſoque repandæ
Ventre natant, ſquammiſque iubar flagrantibus afflant.
Cælica ſic pennas Legio cum luce movebat:
Ignoſcunt undæ, & radijs largè æthra refulget.
Atque ubi Presburgo loca proxima contigit: ater
Exſurgit Terrâ vapor, & caligine pallens
Dampirij Caſtra ad Presburgum. *Dampirij Caſtris viſa eſt inſidere nubes.*
Diſcutere hoc penitus monſtrum, iam iamque volebat
Aliger, Hungariæ Cuſtos: vetat attamen illud
Fatorum gnarus Michaël, monuitque doceri
Tentamenta Ducis non fauſta, diemque ſupremum.
Gaboricos, Cæſareis ad Teccamburgum imminentes Dampirius inſigni afficit clade. *Cœperat hic Bellum violatâ Pace novare*
Rex Gabor; & magnum Turmas cogebat in Agmen.
Et iam Cæſareos, ad Teccamburgica clauſos
Mœnia, Pannonidæ propria inter Caſtra premebant.
Ergò huc ſuppetias agit, atq; irrumpit in Hoſtem
Dampirius, perimitq; Viros & ſigna protervis
Eripit, inq; fugam reliquos diſpergit inertem.
Et Victor maiora ſtruit; mortaria nitro
Portæ Arcis Præsburgenſis crepitaculo infeliciter adacto de mœnibus glande traijcitur *Fervida, Presburgæ clam fixerat ænea Portæ,*
Subdideratque ignem; ſed ſulphuris, omnis, in auras
Et ſonitum, exſpirat virtus; ſtant cardine valvæ
Et, nihil avulſi, remanent ad limina Poſtes.
Quid faciat! muri de culmine Miles ut illum
Hungarus agnovit, vigiles uno impete, ſclopos
Expediunt. ruit ille latus transfixus inerme:
Ille decus Belli: nudo pugnare lacerto
Mos fuit, ac ſolâ pectus virtute tueri.
Aligeræ at nobis poſtquam acceſſêre Phalanges,
Aſperiore datum eſt ſucceſſu irrumpere Piskam.
Piska aſſultu occupata *Nempè aliâ Pacem obſeſſi dum Parte rogarent*
Æmilium; Muris aliâ adrepſere prêaltis
Cædes Incolarum. *Cæſarei, miſeroſq; necant; nec parcitur ulli;*
Nec turbam cohibere Duces valuêre furentem.
Hanc illi mentem repetiti criminis ultor
Credo, dedit Michaël; rapuitq; in mœnia plantas
Audentum ſummo pariter ſe attollere muro.
Cæli ſerenitas Octobri. *Quòque propinquamus magis Hoſtibus, hoc magis auras*

Purpureo

Purpureo antevolans vultu, Cælumq́ ſerenat,
Et prohibet ventum.; & nebulas compeſcit & Imbres.
Atque vbi iam circum diſperſimus Agmina Pilsnam,
Spargit & ipſa ſuas pennata Examina Turmas,
Et ſtatuit vigiles, ne quid turbare Bohemi,
Aut ſubitò noſtros incurſu irrumpere poſſint.

Catholicorum ad Pilſnam acceſſus.

Nam ſua circuitu dudum Mansfeldius illic
Atque Raconizæ Cereveſtus Caſtra locarant:
Quò ſimul ipſe Pragâ nuper Fredericus in aureis
(Dum res ſumma vocat) bellator venerat armis,
Et Bavaros voluit primùm tentare per vmbram.

Anhaltini cum exercitu & Frederici ad Raconitziam

A *Nocte igitur dubiâ denis cum millibus exit*
Regulus, Aſcaniique Duces, rerumque magiſtri
Opprimere incautos, captoque extrudere vallo;
Et poterant, ſi non vis quædam occulta fugaſſet.

Frederici vanus in Bavaricos conatus.

Aureâ nam Michael Virga, cœnoſa paludis
Stagnanteſq́ lacus tetigit, fundoq́ tenaci
Elicuit flammas, calidiſque vaporibus Ignes,
Agricolæ fatuos vocitant: & ſæpe per iſtas
Splendorum ſpecies longè errabunda tulêre
Per limum ignari, atque putres veſtigia ſaltus.

Ignes fatui

Nunc quoque Ductores Bœmûm, gnaroſque viarum,
Fallaces flammæ avertunt, & lumine terrent.

Error.
Terror

Iam ſocios quiſque invadunt, rupiſq́ petebant
Ordinibus; cecinit ſed buccina iuſſa receptui.

Fredericus re inceptâ recedit.

Nos letiredijſſe, viciſſim audemus in illos;
Mansfeldi nos quando ſatis fraus nota fefellit,
Credenteſq́ Notho, Pacis ſpe lactat inani.

Mansfeldij fraus

Auguria aſpirant. Caroli qui Caſtra præibat,
Aliger, inſedit Verdugi in cuſpide Signi,
Splendoremq́ dedit latè. Simul Haſta refulſit,
Incenditque novâ Primas virtute Cohortes.

Cuſpis vexilli Verdugiani luce ignea effulget.

Caſtra Raconizus Bothemica, rupibus aſper
Occiduo acclivis ſoli, Mons altus, habebat:

Velitationes ad Rakonitz.

Munierant-

A Hunc vanum Palatini in Bavaricos ad Villam Libitz, haud procul Pilsnâ, conatum refert Drexelius Horol. Angel Tutel Horâ noctis 9 cap. 2 alijque ex ipſius Iunioris Ani aliini, qui Palatinum cū Patre & Hollachio & armatorum millibus decem antecedebat, narratione ſ per eum Gallicè & fusè ſcriptâ: vbi tria prodigij ſpeciem præ ſe ferentia, inſinuantur; 1. aberratio eorum, qui viarum erant peritiſſimi, 2. Ordinum ſubita & ſine Hoſte ſolutio, 3 Panicus Hoſtium præſertimque Hungarorum terror.

Munierantque iugum vallis, & Turribus, Hoſtes.
Hinc non elicere ad Pugnam, aut depellere ſeptis
Affixos licuit; quamquam quà maxima virtus,
Eſſe poteſt, fuerit. Tonat vndique plumbea grando
Corpora multa ruens: Bavaro Arteſioq; propinquum
Ingens Fuggerum pila dividit; ille reciſis
Truncus poplitibus nudâ procumbit arenâ.
Digne avo Iuvenis, qui, vix florentibus annis,
Dulce putas, pro tot potuiſſe Heroibus ictum
Excipere, & multos vnâ defendere morte.

M. Fuggerus ictu tormenti occiditur.

Bucquoius vulneratur

Dum mora fit: propiorque attendit Vauxius Hoſtem
Purpureo in ſagulo, quâ parte invadere poſſit:
Læditur; & celat veſtis madefacta cruorem
Concolor; at terram gutta infecère rubentes.
Nos turbari animo; ſed mox metus excidit omnis:
Strinxerat extremos artus glans ferrea tantùm,
Nec quidquam lethale notat tentata cicatrix.

Catholici Pragam cõtendunt illuc præcurrente Palatino

Ergo Pragam taciti petimus: ſed Regulus iſtud
Senſerat, atque prior trepidam præcurrit in vrbem.
Ponè rapit, per nota viæ compendia, Turmas
Askanius: geminis premimus veſtigia Caſtris,
Et valle aſſequimur modicâ, Belloque petiſſet
Æmilius; Carolum ſed plaga moratur euntem,
Et nox, ambiguique vetant confligere ſaltus.

Mons Albus ad Pragam.

Eſt vrbe egreſſis ampli Mons verticis (Album
Gens vocat) ad cuius lævum latus, eminet Ædes
Regia (Stella dedit Stellæ cum nomine formam)
Delitijs locus, & venatibus aptus habendis;
Defeſſi dudum Reges vbi fallere curas,
Et lituis agitare feras, curſuque, ſolebant.

In eo ſe Bohemi muniunt

Huc primùm evadunt primâ ſub nocte Bohemi,
Feſtinoq; locum vallo, Aggeribuſque locandis
Signat Anhaltinus; nitidis Pars aſtat in armis,
Pars tumulo acclinat ſclopos, lychnumq; reducit;
Pars Haſtas terræ infigunt, glebaſque ligone
Accumulant; ſurgunt Loricæ, & bina ſtruuntur
Cornua, collucet ſplendenti Cynthia vultu.
Succedunt ſervantque vices, mutantque laborem

Dein

Dein alij, & ſocij Caſtra ſervanda relinquunt.
Huc etiam gradimur per longa tædia noctis;
Nec Peditem via, quamquam continuata, fatigat;
Tantus amor Pugnæ. Poſtremum accidimus Agmen
Hungaridum, atque pedem prærupti montis ad imum
Pertigimus, cùm iam Terris Auroraruberet;
Diſpoſituſq; iugo Boiamûm Exercitus omnis
Apparet ſupèr, ingentem lunatus in Arcum.
Servat Anhaltinus dextrum latus; inde ſiniſtrum
Hollachius; nervum medius Turnenſis vtrumque.
At reliquis, ſubitas (ſi quà fortè ingruat Hoſtis)
Suppétias latura, retrò ſtetit Hungara Pubes.
Nos Acies ſtruimus geminas; dextrâ, Agmina quinque
Sunt Carolo; hinc Bavaro totidem, diſtantia iuſtis
Inter ſe ſpatijs, veluti dùm verſa fritillo
Vtraque quincuncem dedit alea. Pone Phalanges
Bis ternæ, auxilio promptæ, iuſſuque latebant
Æmilij. Hic curru ſimul & Bucquoius eodem
Inſtantis cauſſas, & magnæ pericula Pugnæ
Concordes animis, haud vnâ mente putabant.
Concilium acciri placuit, tandemque rogatis,
Vtilius viſum eſt Ducibus, tentare proteruo
Aſcenſu Montem, & penitus decernere Bello.
Ecce Pedes, Caroli ſeſe proiecit ad imos,
Cæſareûmque ſibi primum Tifbacchius Agmen
Poſtulat intrepidus, pulchri diſcriminis emptor,
Poplitibus ſupplex, fletuque accenſus honeſto:
Et meruit; ſat nota fides virtuſque rogantis,
Etſi nondum illi ceſſit de mente Lutherus.
Vincendi tunc ſpem quoque ſuſcitat; ille Domingus,
Arragonâ de Gente Pater, victes aſper, & hirtâ
Veſte ſenex; quali magnum Carmelus alebat
Eliam cultu, ieiunia dura trahentem.
Et Magnæ effigiem Matris, cui lumen vtrumque
Boiemi (ſcelus!) eruerent, probriſque notarant,
Obtulit Æmilio. Tabulæ dedit oſcula Princeps,
Dein alijq;, alijq; Duces: & viſa retruſis
Illa vibrare oculis ignes, flammamque faventem.

Catholicorum eodem acceſſus.

Hungarorum cædes.

Exercitus Bohemici diſpoſitio.

Item Catholici.

Conſilio pugna decernitur 8. Nouembr. & SS. omnium.

Tiffenbacchius 1. Bucquoianorum agmen impetrat.

P. Dominicus Carmelit. Diſcalc.

Imago Deiparæ cæca.

Huc etiam ex omni Caſtrorum Parte propinquant
Aligeri pennis; & iam pro Cæſare, Vires
Quiſque ſuas genibus nixi, & lucentibus haſtis,
Ac Divæ expectant nutus, & iuſſa capeſſunt.
Mox diverſi abeunt ad certam quiſque Phalangem,
Arbitrio Reginæ, & munia credita curant.

At Bavarus (quamquam haud oculis Cæleſtia cernit
Agmina) ſpes haurit tamen alto pectore magnas,

Supplicationes pro Germania Romæ, Monachij, & alibi.

Lætitiæ reputans, ceu Romæ Paulus ad Aram,
Ac per Teutoniam ſocij, Genteſq; remotæ:
Et ſua Monachij, Coniux inſignis Eliſa,
Abſenti conſtanter opem, & cæleſte Marito
Auxilium exorat Superos; Superûmque Parentem:
,, *Macti animis, inquit; quorum eſt hæc cauſa, dieſque*
,, *Divûm aderit nobis Regina; & ab æthere Divi:*

Teſſera ad conflictũ S. MARIA.

,, Sancta Maria *fave. Subito, ceu turbine fluctus,*
Sic Acies, Bavari hortatu, ſeſe vtraque cæpit

Meridie co. fligi cœptum.

Arrigere, inque pedem fatalis tendere Montis,
Dum medium nitidæ ſpatium Sol ſcanderet æthræ
Aureus, & latè noſtris reniteret in armis.

Tympana tunc lituiq; ſonant; volitantque per auras,
Et pictam oſtentant holoſerica Labara Divam.
At collo gerit appenſam, eventuſque ſecundos
Adſtruit, & noſtris animos Carmelius addit.

Nos rectà aggredimur Montem rigidoſque pavemus

Ordinum obliquatio.

Nil quidquam aſcenſus; ſubeuntibus attamen altè
Boihemûm Tormenta, globos, & vulnera mittunt:
Ergò Aciem torquet Carolus, multâque Phalangas
Mole graves, vndaſque virûm, nihil vſque ſolutis
Ordinibus; tanquam Tabulâ ſuper interpictâ,
Scacchia Caſtra, levi, ſimulataque Caſtra moveret,
Reges, Reginaſque manu, Peditumque Cohortes,
Tornataſque Equitum Turmas, tardoſque Elephantos,

Scacchiorum Luſus.

Magnam portantes gibboſo in tergore Turrim,
Arcigeroſque habiles pharetrâ, promptoſq; ſagittis:
Omnes aut ebore aut ebeno, proprioq; colore
Certant; nigrantes albis, nigrantibus albi.
Tardiùs haud flexas Acies, flexa agmina, iuſſit

Arte ſius

Arteſius, (quà plana via eſt) conſcendere clivo.
Vallonum (tanti queis prima pericula Belli
Sors dederat) Verdugus Iber, dextrà Agmen agebat.
His ego me, & Proceres mecum, ſocioſque Duceſque
Siſtimus; & pariter pedibuſque praimus & haſtis:
Dum fuit ab nobis Virtus animata ſequentum,
Diſpoſitumque Acie, propius conſpeximus Hoſtem.
Aſt vbi iam ternas aberant, nec longiùs, haſtas:
Dant tonitru, vertuntque fugâ, quos limine in ipſo
Treſſius hinc Equites, & quos Sbudnaus habebant.
,, Siſte fugam miles, ſic Belli exordia terrent?
,, (Clamat Anhaltinus) ſic Pugnâ abcedere, vix dum
,, Conſpectâ? hæc adeò Regi promiſſa dediſtis?
Sic geminans, iterum ſtatione, iterumque fugaces
Reſtituit Turmas. Nati dein verſus in ora:
,, I meus, i ſanguis; monitus, ait, ipſe paternos
,, Exemplo teſtare tuo: duc primus in Hoſtem.
,, Valloneſq; , rudi quos Vallo accedere ſolos
,, Conſpicis, ab reliquis medius diſclude catervis:
,, Diſcluſos tunc ponè premes, ego fronte laceſſam.
Cornipedi inſidens Iuvenis, pro iuſſibus iſtis,
Grates Natus agit Patri; ſimul emicat altè;
Illum ingens Equitum ſtipat Globus; atque patenti
Conſequitur Gyro *interior, denſiq; feruntur.*
At quà fræna movent; Pedites Tisbacchius offert
Teutonicos, modico quos iuſſerat intervallo
Ad lævam Arteſius, non æquo incedere paſſu.
Hos petit Askanidæ cuneus; primoſque repentè
Dividit; ac Peditem laxis Eques vrget habenis,
Diſpergitq; fugâ, ſublataq; ſigna revellit;
Reſtantemque loco Preinerum, & longa parantem
Prælia, circumdat penitus vivumque prehendit.
Diviſi addenſant Aciem, cui fulcit vtrumque
Meckavius, Cruciuſque latus; multâque decori
Cæde, per & glandes, & ſtrata cadavera letho
Exultant; donec plumbo ſternuntur & ipſi,
Præcipiteſque ruunt ſellâ; ſimul vtraque verſis
Turbatur Legio frænis, dum quæque peremptum

Primus VVallonū ad Bohemos acceſſus.

Ducuntur ab Tillio, Lichtenſteinio &c. Du Cornet.

Bohemicos Fugant ab duabus pręcenturis. Anhaltinus ſenior fugatos reſtituit.

Anhaltinus Iunior cū novem Equitū Turmis, VVallones ab reliquo Exercitu conatur ſecludere.

Tranſeundo, Pedites Germanicos diſſipat. Preinerum Tribunum capit.

Meckavius & Crucius Tribuni cum ſuis Equitibus Pedites tutātur.

Occiduntur.

L *Adſpectat*

Gaucherius, Libelius, Verdugus Cratzius, Meckavianos Crucianoſque reſtituunt.

Adſpectat tellure Ducem. Verùm advolat ardens
Gaucherÿ ſimul auxilio Libeliq́, Caterva,
Verdugique Cohors; & Cratzius inſuper iſthuc
Hortatu agglomerat noſtro, primoq́, ſuperbum
Eventu Askanidem, diverſâ parte coronant.
Aſt ego: ne Iuveni poſſit ſuccurrere quiſquam,
Ipſe meas impello Acies; & ſiſto Bohemas,
Quà licet: implicita fervent in prælia Turmæ.

Bucquoius læſus eodẽ accurrit.

Meckavio, Crucioque, pari iam cade peremptis,
Dum turbari Equitum Turmas, retroque reflecti
Audiſſet Carolus, curru emicat: atque caballum
Inſiliens, ſpreto quoque vulnere, currit eôdem,
Exemplum fractis præſens animumque daturus.

Salve Regina ab Soc. IESV Sacerdote decantatum.

Intereà Carmen primo ſub limine pugnæ,
Bellaci ſuperûm Matri, auxiliare ſacerdos
Ediderat, palmaſq́, levârat in aëra ſupplex.
Carminis illa memor (quandò certatur vtrimque
Acriter, & medio pendens victoria nutat)
Stellato exurgens ſolio Regina, phalangem
Ire iubet Divûm, quorum ſimulacra rebelles
Diruerant, cinereſque Praga ſparsêre ſepultos,
Ludibrium ventis, flammiſque crepantibus eſcam.

Cælitum auxilium.

A *Deſcendit Divûm Legio, ceu nocte ſerenâ*
Labuntur, labivè putantur ab æthere Stellæ,
Lucenteſq́ aperit, rara inter nubila, ſulcos.
Addita mox nobis, apparet in Agmine primo.
Huc quòque diverſâ Caſtrorum mole feruntur
Aligeri: atque Globum Divis iunguntur in vnum,
Hoſtileſque ſimul properant terrere Phalangas.

Bohæmicorum turbatio.

Illæ improviſâ ſubitò Legione paveſcunt;
Alipedes mirantur equos, mirantur & arma,
Aurataſque ſtupent Phaleras, atque aurea frena,
Ignotoſque virum vultus: quò namque propinquat
Illa magis, magis & tremere, & ſubſidere viſus
Montis apex, nec Equi iam tollere crura Bohemi,

Nec

A Auxiliaris huius Legionis non antea per Bohemos viſæ, ad Catholicorum Caſtra deſcenſum, & Terrorem quo ea Bohemorum Aciem turbaret, refert Iulius Bellus in Laurea ſuâ Auſtriaca, & alij.

Nec ſpectare Equites terrentia Numina poſſunt.
Nam Regem agnoſcunt, Gentiſq́ insigne Bohemæ
Attoniti. Primùm Rex Venceſlaus agebat
Enſe minax agmen nudo, Parmaq́ rubentis
Obtentu: Parmæ medio, Leo candidus vngues,
Exertamq́ vibrans linguam, rictuſque cruentos.

Leo Argenteus in Campo purpureo, Bohemiæ Inſigne.

Contigerantque locum, fervens vbi Prælia durat
Askanides, infertq́ neces, patiturque Bohemûm
Fida Phalanx Iuveni; dat deſperatio vires,
Iam quibus aut rumpi ſupereſt, aut rumpere Vim Vi;
Cùm ſubitò, noſtrùm ſeſe converſus in Agmen
Immiſit Divorum aliquis, Equitique propinquo
Aſtitit, atque oculos ſclopumq́ manumque tenentis
Ipſe regens, glandem Askanidæ complosit in armum.
Glande ruit fixus Iuvenis, terraque reſedit:
Cæduntur reliqui. At Preinerus tempore capto,
Cuſtodum è manibus fugit, ad ſocioſque reverſum
Iam tædet potuiſſe capi; Pugnamq́ protervus
Integrat. Ecce autem media inter funera reptans
Schlikius apparet; quem mox invadit, & egrè
Firmantem greſſus (nam vulnera multa morantur)
Aggreditur, captatq́ manu, prenſatque viciſſim.

Glãde traiectus iunior Anhaltinus ruit & cõprehenditur.

Item & Schlikius.

Aſt reliquo vlteriùs Campo, iam vultibus hærent
Incertis Hoſtes, inter Pugnamque fugamq́.
Vitæ vincit amor, levibus primùm Hungara Pubes
Abſtrahitur mannis; ſequitur Germanica, & omnis
Reſpectare Pragam converſo lumine Miles.

Hungarorum fuga, cæterorum vacillatio.

Vna tamen Legio, glauco notiſſima cultu,
Fida Palatini Cuſtodia; cuius vtrumque
Sueta latus ſclopis tegere, & fulgentibus Haſtis:
(Quam, ſua desereret dum Caſtra, reliquerat iſthic
Exemplum reliquis heſterno Veſpere, Princeps)
Stellatæ propter muros convenerat Arcis,
Vallones cohibere, ſuis dum ſedibus actos
Siſtit Anhaltinus profugos, Pugnæque reducit.
Attamen haud illam muri vicinia texit,
Speratæ vel laudis amor, vel conſcia virtus.
Nam ſemel (hoc tantùm) ſine lege, ſine ordine, ſclopos

Prætoria Palatini Legio ad Stellæ muros.

 Eminus

Digitized by Google

Sclopetarij haſtigeros deſerũt mox mactandos.

Eminus exonerant, ſclopi quibus arma fuêre;
Deſtituuntque fugâ ſocios quos ſuêta tuetur
Haſta modò. Aſt VVallo ſortitur providus ictum,
Perq; vices tonat; & pariter veſtigia lentant
Hinc Eques, inde Pedes: nulla ſine vulnere glandes
Quippe volant; & dum ſclopis inducere nitrum,
Dein plumbum & cartam Virgâ protrudere longum eſt,
Converſo fervent capulo, fronteſque iacentum
Contundunt, & crebra moram per vulnera penſant.

Bavaricorum fortitudo.

Et bavaros idem ardor agit; dextrâque premendo,
Rumpimus; & toto diſpergimus æquore montis,
Lippenſis mecum, Smetiuſque & Baurius Hoſtem.

Papenhemius vulneratus.

„ Cratzius, & Turmâ Papenheme incumbis Equeſtri;
„ Tu tamen ô, ruptoſque ſequens, nimiumque fatigans,
„ Læderis; & dulce eſt: namque, hæc per vulnera, vulnus
Sanaſti intereà, mentis, caligine quandò
Depoſitâ, Latios capiſti admittere ritus.

Hoſtium fuga.

Iam diſperſi Hoſtes, per & obvia & avia, currunt.
Pars fugit ad Stellam, & poſitis vitam impetrat armis:
Per fluvium, per ſtagna, viam Pars altera quærit:

Cædes.

Præſertim Hungaridæ; ſed multos Moldavus altis
Sorbet aquis, auſos temerè ſe credere fluctu.
Nam tentare Vadum, quà ſeſe tranſitus offert
Non ſinit agglomerans poſt terga, vlulanſque luporum
More, Coſaka Phalanx, frameiſq; minacibus ardens.

Fugiunt Anhaltinus Hollachius, Thurnius &c.

Ipſe etiam, ſpectans cuncta Agmina fracta Bohemûm,
Fugit Anhaltinus; trepidamque feruntur in vrbem,
Hollakiuſque, citiſque ſenex Thurnenſis habenis:
Pertigeruntq; via medium, quandò eminus illis

Palatinus ad caſtra venientes occurrit.

Apparet veniens vultu Fredericus amæno.
Quippe illum, Pugna poſt prima exordia (quandò
Cæſareûm Turmas Iuvenis turbabat Equeſtres
Askanides, totumque loco, diſcuſſerat Agmen)
Thurnius excierátque pragâ, propiúſque vocarat
Spectatum Pugnam, & victricia facta ſuorum.

Pragam redit.

Territus occurſu fugientum Regulus, vrbem
Ipſe dolens redit; & mæſta per nubila noctis,
Longa per exilia, Hollandas fugit vſque Paludes,

Rhenus

Rhenus vbi Oceano demum mergendus; vtrumque
Deſinit in cornu; ceu natus in Alpibus, indè
Exierat gemino, ſpumantia ſtagna priuſquam
Acrônis, Terraſque tuas, Frederice ſubiret;
Arva Palatinæ Gentis, Maioribus arva
Culta tuis, fœcunda adoris, fœcunda lyæi;
Graminis, & varij nemoris, quæ Spinola vaſtat,
Dum fugis, heu, Princeps infeliciſſime! felix
Eſſe diu poteras, niſi Rex placuiſſet haberi.
„ *An tanti Regnum eſt? vix quos natura Deuſque*
Eſſe dedit Reges, Fortuna dat eſſe beatos.

Hinc noctu fugit in Sileſiam, Marchionatũ Brandenburg. deniquc in Hollandiam.

Quadrijugo Sponſum curru comitatur Eliſa.
Et conſors, & cauſſa fugæ; cui parvula Proles
Incubat & dormit fati ſecura paterni.

Et Palatina

Aſt vrbi iam Pace datâ, nos luce ſequenti,
Militiæ ornati Marianæ inſignibus, omnes
Candidulâ ad pileum vittâ, plumâve nitenti
Ad Galeam (queis ſe Noſtri dignoſcere poſſent
Bothemos contrà, quos cerula faſcia ſignat)
Ordine diſpoſiti Portas intramus apertas.

9 Nouembr. Pragam intrant Catholici albis notulis inſignes.

Occurrunt iunguntque manus, & vina propinant
Cæruleo Cives abiecto, & quiſque colorem
Virgineum addiderant capiti; Puerique ſenéſque;
Iamque Palatini pudet, infamiſve Lutheri
Oſtendi ſocios; Huſſive, incendia paſſi.
Omnes Chriſtiparæ iam ſe profitentur amantes
Indicio; ſubitum victoria fecit amorem.

Cives gratulantur, eodem & ipſi colore conſpicui.

A *Protinus & ſeſe Boihemia ſubdidit omnis,*
Cæſaris ad nutus; & quam non Agmina centum,
Mille Sigiſmundi Turmæ, vix lecta per amplam
Teutoniam, decimo potuit percellere ſtictu,
Proterit vna dies Duce Virgine: proijcit arma,

Vrbes Bohemiæ quadraginta ad Cæſarem redeunt.

Cúmque

A Res mira. Bohemi Huſſitæ Sigiſmundum Imper. olim totius Germanię, Hungariæ, Poloniæ, Burgundiæ & Pontificis Copiis adiutum, & anno 1431. plus quadraginta Equitum Germanicorum Millia ſub ſignis habentem, ipſi externis penitus auxiliis deſtituti, inſuperque ab Sophiâ Viduâ Bohæmiæ Reginâ, itemque ab Senatu Pragenſi, eorumque iuſtis Exercitibus vexati, quinquies ſæpiuſque fugarunt, aut Acie vicerunt, nunc adiuti à Sileſijs, Moravis, Luſatijs, Auſtrijs, Hungaris, Tranſylvanis, Anglis, Hollandis, & Germaniç Parte, in loco eminentiore cæduntur ad novem circiter millia, deſideratis Cæſarianorum ducentis tantùm aut trecentis. Schulkenius, & Auctor Panegyr. ad Bavarum.

Digitized by Google

Cumq́ armis animos ponit Gens tota feroces.

Bavarus tradita Tillio militia Monachiũ redit.

Tum mihi, Militiæ Bavarus ius omne relinquens,
Monachium repetit; Coniux hinc obviat, illinc
Guillelmus Pater, & diverſo ex Ordine Cives,
Ædificant alij ſcenas, Arcusq́ Triumpho
Sublimes. Verùm ille Pedes declinat in Ædem

Gratiam habet Deiparæ in ſuburbano eius templo.

Victricis Diva, & grates pro munere reddit:
„ Et Tibi, Magna Parens, inquit, tibi Templa Vovemus,
„ Bellatrix; & dona tuis ſacrabimus Aris,
„ Auxilij monimenta, tui monimenta Triumphi,
„ Roma Monte ſuper magna. Tibi Cantica dicet
Spectator, vertet quicumq́ huc Advena greſſum.

Triumphum recuſat.

Aſt Arcus iubet, & ſcenas, atque edita cælo
Pegmata, deſtitui Princeps; ſignumq́ potentis

Eum Deiparæ & Divis exhibet.

Christiparæ imponi ſolio; ſiccoſq́ ſub artus
Et cineres, geſtari humeris ſpirantia Divûm
Numina, & ornatam Pompâ prodire per vrbem.
Ipſe pedes praefertque facem; totieſq́ Triumphum

Etiam quotannis.

Inſtaurat Superis, quoties ea Feſta recurrens
Annuus, Octavâ redijt cum luce November.

Bucquoius ex febre ſanus Pragâ in Moravos movet.

Sed Carolus, (ſtratum cui corpus acuta tenebat
Febris adhuc) animo Pugnas ſpirabat & arma;
Languida cùm primùm per membra redire vigorem
Senſit, & aſſuetis recaleſcere viribus artus:
Impatiens, Moravos Bello petit; atque iacentem
Meſsereti (hac dudum regnaverat vrbe Luthe. us)

Christiparæ ſtatuam vlciſcitur

Christipara ſimul accepit ſub face, lutoque,
Calcari ſtatuam, Plebis miſerabile probrum:
Ilicet exarſit violati numinis irâ:
Reſtituitque loco, meritoſq́ adſtruxit honores,
Lege datâ, ne quiſquam adeò poſt talia demens
Audeat; ac auſus meritas det ſanguine pænas.

Gaboricos Moravia expellit.

Mox vlta ſibi poſcit opem, ſentitq́ Maria;
Et Gaboris Turmas procul exigit: ille propinquos
Hungariæ fugit ad Montes, Moraviſq́ relictis,
Hæret ad Auſtriacas, dum Ver ſe refferat, vrbes.

ANNVS 21.

Indè renaſcentem, iam longior orbita Phœbi
Protraheret lætis quandò mortalibus annum;

Vrbibus

Digitized by Google

Vrbibus imponit Turmas, atq; ipſe Viennam
Bucquoius tendit. Iuvenum ſimul obviat illi
Floreſcens ævo, ingenuiſque ſub artibus ætas,
Candidulam veſtem, vultuſque induta pudicos,
Divæ ſacra Phalanx; nigri ſerpentibus Orci
Terribilis, crines ederâ præcincta perenni,
Oſtentanſque manu patientes frigora ramos
Indomita buxi, aut Vernantis brachia lauri:
Quin etiam invitâ geſtantur lilia brumâ,
Pubenteſque roſæ quas aut ſale condidit vrna
Vere novo lectas, (ſummâ dum parte ruberent,
Et calyce auderent rupto ſe promere frondes)
Aut quas arte nova digitis ſimulaverat Ægle
Purpureos nectens floccos, viſcoque tenaci
Stipavit folia, & ſtillas intinxit odoras.
Hac pompâ gratatum adeunt; & læta ſodali
Voce, ſuo dicunt Epinicia: ſcilicet iiſdem
Sub Maria Caſtris meruit Longuallius olim,
Et Sophiæ, & pulchræ flagrans pietatis amore
Vrbe Duacenâ; poſtquam illic figere ſedem
Cœperat Alma Parens; ſtudiiſque decentibus annos
Efformare rudes, moreſq; efingere cultu.
Vt primùm accedens Carolus pervênit ad ora
Cæſaris, & dextra proceſſit ad oſcula ſupplex;
,, En tibi me, Princeps, mecumque hac Labara ſiſto,
,, Quæ tua mî Fortuna dedit; quæque annuit æqui
,, Arbiter. Hæc faſtus, mediâ deponit in aulâ,
Cæſaris ante pedes, centum vexilla, Bohæmo
Rupta hoſte, propriis Vexilla inſcripta figuris.
Conſpiciuntur humo Frederici inſignia Regis;
Crure tenus ſummo, argentoque auroq; Leones;
Et media Mundi Sphæra mutilataque ſceptra.
Quin & tergeminam fas eſt ſpectare Coronam,
Patris in opprobrium Latii; Petaſoſq; rubentes,
Pontificumque mitras; omnes & culmine verſo
Infernè, aut ſclopis transfixa, aut grandibus haſtis.
Virtutemq;, fidemq; Ducis laudavit, & amplas
Tot meritis donavit opes, & Præmia, Cæſar.

Bucquoius Viennam init anno ineunte. Obuiant Parthenicæ congregationis Sodales.

Bucquoius olim Duacenſi in Academia Sodalis Parthenicus

Offert Cæſari vexilla plurima.

Vexillis Bohemorum inerant mitræ Papales & Epiſcopales & Galeri Cardinalitii per ludibrium omnes inuerſi.

Cæſar Bucquoio dat Comitatum Roſemberg, &c.

At

Digitized by Google

At mihi non quiſquam, aut mortalibus imputet armis
,, Hæc Divæ tot facta meæ; quæ cominus hoſtem
,, Diſpulit, hæc habeat laudes, ſervetq́; Trophæa.

Vexilla Romam deſignat ad novum tẽplum, Mariæ de Victoria.

Dixit: & in faſcem convolvi Labara, Romam
Deportanda iubet; Magnæ de munere Matri,
Surget ibi Templum; dabit & victoria nomen.
At Bavarus Bœmûm exuvias, & plurima ſigna
Quæ retulit Bello, victricis & icona Divæ
Cui rapuitq́; oculos, & acerbam ſenſerat Hoſtis,
Solemni huc illam Pompâ invexère Quirites;
Et niveis longo lucentibus ordine tædis
Impoſuère throno, rarâ quem condidit arte

Donaria Cæſaris & Bavari ad illud templum

Dux Bavarûm; ſupraq́ue caput ſtatuère coronam,
Fernandi donum, gemmiſq́; auroq́ue nitentem.

Picturæ prælium Pragenſe ibi repræſentantes.

At circum muros fas eſt ſpectare, Pragenſes
In Tabulis Pugnas, animataq́; Bella colore.
Hinc Bavarus, Caroluſq́; premunt, fugit indè Bohæmus.
Hac noſtros inter cuneos cædeſq́; Dominguus
Apparet ſub veſte ſenex Carmelius albâ,
Victricem attollens Divam vocemque par auras.
Me quoque cornipede excelſum, gladioque minacem,
Aſpiciunt, & te terrâ Papenheme ruentem.
At procùl vrbs, circumq́; lacus, flumenque recedunt,
Et propiùs, ſpecies Arcis, ſtellæ Arcis imago,
Cuius apud muros, & vernos ilice colles

Item aliæ eiuſdem argumenti intra Turriculam Arcis ſtellatæ ad Pragam.

Geſta olim fuerant hæc prælia; cuius in alto
Fornice picta manent huius certamina Pugnæ,
Ne qua dein famam poſſit abolere vetuſtas.
Diverſi intereà ſocij, quos Regulus antè,
Quàm victus fugeret, fidos Fredericus habebat:
Illius vt fractas vires, adverſaq́ue bella

Palatinici cum Spinola tranſigũt & Cæſari reconciliantur Moguntię.

Accepère; petunt pacem exorantque petitam,
Haſſus & Anſpachius primùm; tum littora Rheni
Atque Palatinas vrbes quicumq́ue tenebant
Agminibus. Pacis Præſul Moguntius auctor
Suicardus, quam mox abiens quoque Spinola firmat.

Finis Induciarum inter Hiſpan. Regem & Hollandos Aprili.

Nam revocat Bruxella Ducem: dum ſcilicet armis
Expirat conceſſa quies; & Tympana rurſum

Bellaces

Bellaces quatiunt in mutua funera Belgæ.
Ergò Palatini Terris Rhenoq́ recedens
Spinola, militiam Conſalvo tradit Ibero;
Cui genus, ingentemque dedit cum nomine famam
Corduba Conſalvus, campo quem ſæpè micantem,
Sæpè triumphantem ſtupuit, cinxitque coronis
Parthenope, exacto Siculis à Finibus Hoſte.
Et nunc Holſatiam, extremus quam dividit Albis,
Pertigerat, varias fugiens Fredericus in Oras,
Mutatamque fidem, promiſſaque vana ſuorum
Flebat ad Hamburgam; Nautas dum fortè, propinquo
Aſpexit fractæ reparantes littore Claſſis
Relliquias, lacerisque aptantes tigna carinis.
Quippe auſam medio nuper confligere Ponto
Diſtulerant Hoſtes penitus, Puppiq́ revulsâ
Exuerant; proràque exin, maloque foriſq́,
Nudatam, in præceps omnem, fundoq́ dediſſent,
Ni reliquâ noctis, Pars ſub caligine, demum
Provida ceſſiſſet Pugnâ, Portumque ſubiſſet.
Incaluit ſimul exemplo, Fabrûmque labores
Traxit in augurium Princeps; voluitque ruentem
Siſtere fortunam, & ſubitâ ſpem ſuſcitat irâ.
Iam fugiſſe pudet: iuvat arma, novamque Catervis
Inſtaurare Aciem, & Patriam tentare relictam:
Dum totam nondum Hoſtis habet. Mox ergo faventes
Relligione ſibi, aut conſanguinitate Dynaſtas
Poſcit opem. Sortem Cimber miſeratur acerbam
Principis, extemplò Sigebergam accivit in vrbem
Concilium, quò ſe Rex, & Fredericus & vnà
Brunſuicus, multiq́ Duces, Regumque duorum,
(Quos inter Suecus hic imperat, ille Britannis)
Seſe oratores pompâ invexere frequenti.
Hîc placuit pleriſque novam conflare repentè
Militiam; & totam Cimbrorum tradere Regi:
Ductorem hunc vnum Caſtris Belloque futurum.
Maluit at ſolers, & multo providus vſu
Fernandi tentare animum, Paciſque, Britannus
Explorare vias. Atque, (hæc dum deniqne conſtet)

Conſalvus Corduba in Palatinatum pro Spinola profectus.

Palatinus in Holſatia.

Nova ei ſpes.

Conventus Sigebergenſis in Holſatia pro Palatino.

Auxilia bellica pleriſque promittunt

Anglus ſocer mavult amicè cum Cæſare agere, & quiddam obtinet.

Exorat, Generi Terras ne terreat armis
Corduba, Teutonico vacuas iam milite Terras
Quippe his militiam pacto deduxerat omnem
Anſpachius, Cattuſque, & Virtembergus ab oris.
Tantùm urbes Verius: rarâ cum Pube tenebat,
Quam Tameſi, parvoque Freti diſcrimine vectam,
Flans Boreas, portus perduxerat uſque Zelandos.
Dein, Genero nova Caſtra ſenex promiſſa, putabat
Aut tardè coitura, aut diſſolvenda per agros,
Nec morem geſtura Dano, cui nulla iubendi
Naturæ inſtinctu fuerat conceſſa poteſtas.

Sigebergæ confœderati Palatino promiſſa non præſtant.

Hæc mala, quæ Genero ſocer eventura monebat,
Eveniunt: quam quiſque etenim promiſerat antè,
Ferre recuſat opem; cauſas iam namque morandi
Obtendunt, veriti fortunam, & Cæſaris iras.

Præſtant Mansfeldus & Bethlemus. Illum Tillius, hunc Bucquoius inſequuntur.

Mansfeldi Gaboriſque tamen, nil territa, perſtat
Firma fides. Terris ego pellere tento Bohemis
Mansfeldum, Hungaricis Gaborem; nec ſponte, laborat
Hortator Pacis, Carolus; ſed promptus ad arma,
Promptus & ipſe animæ, quoties opus ire Phalangem
Per mediam, & denſos perrumpere cominus Hoſtes.

Setſchius Gaboricus cum exercitus Parte ad Cæſareos tranſit

Cæſareis cinctus Turmis præceſſerat illum
Setſchius; infidi qui perfida facta peroſus
Bethlemi, ad Caroli furtim ſe Caſtra recenter
Tranſtulerat, Equitumq; ingentem adduxerat Alam.
Nec mora Pannoniis occepit, & hoſtis haberi,
Ipſe ſuis, totus nam Principis antè relicti

Gaborem cędit

Rupitque pepulitq; Acies, ipſumque redegit
Caſſoviam. Furit ille amens, ardénſque dolore;
Hinc Turcas vocat, inde Scytas, atque Agmina cogit
Curarum. Vnus adeſt menti, turbátque ſoporem
Setſchius: hunc animis unum noctéſque diéſque
Perſequitur meditans. Habitus bellantis & ardor
Quas duxitque Acies, urbeſque irrupit, in ipſis
Omnia ſunt oculis, & vota abſumit in iras.

Bucquoius Præsburgum eiuſque Arcem deditione obtinet.

Intereà, ruptis Tormenti fulmine muris,
Vrbem Poſonius defenſor, & inſuper Arcem
Dediderat Carolo; propter quæ mœnia quondam

Dampirius

Dampirius cecidit, plumbo transfixus ad alvum.
Indè ardore pari Tyrnam quatit; atque paventem Et Tyrnaviam.
Obtinet Arteſius, Setſchÿ dum robore ſparſas,
Transſylvana Gabor *revocat ſub ſigna Phalanges.*
Vrbs eſt Hungariæ medio, quam gurgite præceps,
Abs reliquâ, diſcernit aquis ingentibus Iſther
Florentis Pars vna ſupèr pulcherrima Regni,
Chriſticolûm ſedes; Turcarum hinc finibus, indè
Carpatÿs, longè Regio circumdata, ſylvis.
Vrbs ſpeciem magis Arcis habet, ſic Turribus, exſtat,
Sic anguſta loco eſt, & Propugnacula profert
Vicinos inter frutices, & arundine multâ
Surgentes ſaltus, loca fraudibus apta tegendis. Et Neuſoliū obſidet.
Neuſoliam dixit, quiſquis reparaverit illam
Arte novâ. Huic multas Peditumq́, Equitumq́ Catervas,
Bethlemus fugiens, arma Armigeroſq́ reliquit.
Boiemis exul Terris Thurnenſis, eòdem
Intulerat ſeſe, ſociorumq́ Agmina ſecum.
Attamen hanc Carolus, ne quid poſt terga noceret.
Inſuper vt, vaſta Bellis Regione, receptus
Hic habeat tutos, totam circumdedit amplo
Circuitu, vicina Hoſtis loca, namque prealtos
Et Colles, & ſtructa foris Caſtella tenebat.
Bucquoio Bucquoius adeſt: nam cætera (præter
Militis, atque Ducis robur, ſuctumque vigorem)
Hic deerant. Vix paſtus equis, vix vlla virorum
Quæ levet eſuriem, fruges: non ligna ſtruendis
Aggeribus. Procul it iam quærere pabula Pubes,
Quæ tamen occulti rapiunt per nota viarum,
Et prædâ vacuam multant quoque cædibus Hoſtes.
Fortè viâ, cœnoq́ graves, cum fruge redibant
Currus Cæſareûm longè; atque in Caſtra reverſos
Ponè ſequebatur Cuſtodum haud ſegniter Agmen,
Bis centum Pedites, Equitum tres ordine Turmæ.
Hæc pauci Hungaridæ glomerant; illoſq́ laceſſunt Ad auxiliandum ſuis pabulatu redeuntibus ſe militemq́ diſponit.
Ipſo in conſpectu Caſtrorum, altumque frementis
Arteſÿ. Mox poſcit equum; verùm ille recuſat,
Proiectâ bis calce ferus, ſentire magiſtrum,

Ceſſoremve pati. Furias miratus, & æſtus
Inſolitos Carolus, ſedit tamen; atque receptos
Intra vallum Equites, blandâ ſic increpat irâ.
,, In ſtationum aditu coramq́, feretis inulti,
,, Aut perimi, aut prendi Pedites, quos veſtra, ſodales,
,, Commoda, in immeritæ misêre pericula mortis:
,, At non ab reliquis fugiſtis Gentibus olim,
,, Ceu modò ab Hungaridis, timidi: Depellere Campo
,, Quos licet, ac fas eſt, ſi non vigor ille receſſit,
,, Quem Moravi timuêre, acres ſenſêre Bohæmi.
,, Auctor ego reditûs; miles me ſponte ſequare,
,, Quiſquis amas; Hoſtem ſola eſto cura morari
,, Dum reliquæ veniant Belli in conſortia Turmæ.

Aciem ordinat.

Hæc fatus: Vallo ſeſe arduus egit aperto,
Inſtruxitq́, Aciem iuxtà: ſed milite raro
Claram Aciem, & taciti prodentem ſigna pavoris.
Contius Italidûm genus, Italidumque Catervæ
Intrepidus ductor; denſos it primus in Hoſtes;
Qui noſtros Pedites bis centum, Equitumque fugaci
Præſidio nudos, ſclopiſque, haſtiſq́, petebant,
Elicuitque loco ad ſeſe; penituſque parabat
Vincere (nam primum incurſu perruperat Agmen)
Sed, quos Hungaridûm lateri commiſit vtrimq́,
Arteſius, vertêre Equites formidine vultum.
Ille rapit gladium dextrâ; ſclopumq́, ſiniſtrâ;
Atque huc Cornipedem calcaribus vrget & illuc

Fugientes requirit atque hortatur.

Vociferans, ardenſq́, oculis, torvuſq́, decorè,
Nunc prece, nunc monitis, nunc nomine Cæſaris inſtat,
Si quo fortè modo revocet, Pugneq́, reducat.
Iamque Acie duraſſe velint, ſed turpe recuſant
Effugium reditu, manifeſtaq́, probra fateri;
,, Rara ſui vindex, cepto iam crimine, virtus.

Deſertus vulneratur.

Deſertum intereà, vacui ſuper æquore Campi,
Bucquoium, Hungaridæ validâ cinxêre coronâ:
Et gemino intectum penetrarunt vulnere corpus.
Plagarum at patiens, nunc os, nunc appetit illos
Circuitu, fallens numerum, variâque pererrans
Arte locum, feſſo dum ſe Gonzaga repentè

Addidit

Addidit adveniens, manibuſque armiſque ſequentem
Cedere nolentem, fruſtrà ſubducere tentat. — Fugam detrectat.
Namque è virgultis coëunt, & ſentibus hoſtes:
Gonzagamque ſuper, denſæ inſtar grandinis, vnum
Incumbunt, tandemque Iuga ad vicina repellunt.
Nec Carolum ſellâ reſtantem, ac bella novantem.
Indomitâ virtute, neci eripuêre Camargus,
Burretuſque ſatis, ſtricto quamquam enſe protervos
Exigere, atque viam concluſo rumpere certant.
Eccè autem accurrens, protenſam torquet in illum — Equo deſjcitur.
Trux Haſtam Mihales; & totâ cuſpide fixum
Deÿcit inſultans; attollens lumina cælo
Et ſuperos, quandò ore nequit, ſic nempè precantem.
Mox denas alÿ glandes in corpus inerme
Eiaculantur adhuc, reſupinaque membra cruentant. — Plumbeis glandibus decem configitur.
Terret enim & moriens Carolus. Quin plura parabant
Vulnera: ſed celſo Fuggerus ab aggere valli,
Horriſonis in eos Tormenta per ænea bombis
Grande tonat, mittitq́; globos, tandemq́; retruſit
Ardentes, dirâque Ducis iam cæde ſuperbos,
Et non ſic auſos ſpolÿs inſtare iacentis.
Illum exſpirantem (vix quando inimica receſſit)
Protinus accepit lacrymans, rapuitque Camargus — In caſtra aſportatur.
Cornipedi ſuper imponens; mæſtóſque revexit
Ad ſocios, altóque tacentia Caſtra dolore.
Bis centum Pedites, (Pugnæ qui tempore toto
Reſtiterunt) ſimul invicti, incoluméſque revertunt.
Hac cæde ingemuit Cæſar; lacrymánſque, ſupremos,
(Quando aliud nil fata ſinunt) largitur honores.
Immò etiam fletum ipſe dedi, quamquam arma tenerem — Mansfeldus Bohæmiâ per Tillium depulſus.
Dura manu, & profugi Mansfeldum more vagantem
Latronis, Bœmâ prohiberem inſiſtere Terrâ.
Et iam Vimarÿs auctus Legionibus, oras — Eodem redit cum Ioan. Ern. VVeymario & varia occupat.
Hercinÿ nemoris, ternáſque irruperat vrbes;
Inſuper & Pilſnam forti, Taborámque tenebat — Bohemos ad novam rebellionem impellit.
Præſidio, reliquam invitans ad fœdera Gentem.
A *Periuri quæ facta Nothi, poſtquam auribus hauſit*

Veridicus Germanus refert non ante plexos Pragæ rebelles Bohæmos, quam nova Mansfeldij in Bohæmiam irruptione excitati, novam coniurationem clàm molirentur.

Turba virûm, quæ vincta Pragæ ſub carceris umbris
Pœnam pro veteri rea proditione timebat:
Conſilijs iterare nefas, furtimq́ſuſurris
Extimulare rudes, & ad arma propellere Plebem;
Adfore Mansfeldum capto, dextramq́ daturum.
Tum verò, infandum, & nimis exitiabile crimen,
(Concilio, cui ius cognoſcere facta nocentum)
Iudiciũ de rebellibus Bohemis. *Ad leges placuit patrias, pœnamque vocare.*
Quæſitor ſedit ſolio Lichſtinius alto,
Cauſidicûmque ſupercilium dextrà atque ſiniſtrà.
Scrutantur cuiuſque ſcelus, damnantque repertum,
Cæſaris in eos Clementia. *Et dignâ meritos pœnâ. Verùm ecce, Viennâ*
Cæſaris advolitat niveis Clementia Pennis
Alba comas, laxoſque ſinus, Pallamque fluentem.
Ter ferale manu conata revellere ſcriptum,
Ter vetita & vetuit præſens Soror, ipſa rubenti
Iuſtitia exultanſque ſago, ferroq́ coruſcans,
Orantemque docet, quantum diſcriminis inſtet
Iam Patriæ, ſi nulla reos vindicta retundat,
Et geminâ iam fraude reos. Clementia ceſſit
Hactenus, vt liceat pœnæ reſcindere partem;
Singulis damnatorum Pœnam condonat vel minuit. *Direptamq́ Alis Pennam liquido imbuit aurô,*
Supplicia vt minuat miſeris: pro torribus enſem,
Pro furcâ remos, pro remis vincula ſcripſit.
Quorumdam exilium penitus depunxit, acerbè
Id quamquam ſinit æqua Soror; ſed iuſſa volebant
Parcit itaque vtrique Anhaltino Thurnenſiſque vxori ac Filio, VVeymariis, Hohenloio, aliis. *Fernandi, & precibus vix vnquam haud flexile pectus.*
Talis in Hoſte fuit Cæſar; ſeſeq́ benignum,
Oſtendit reliquis, quibus & mens conſcia culpæ,
Et fuga in externis dederat ſcelus abdere Terris.
Qualis plena micat, nitidiſque argentea Phœbe
Emollit radijs, latrantes rauca moloſſos,
Certanteſque illam vano detrudere ſaltu.
Qualis odorati Nilus per Prata Canôpi,
Se blandis diffundit aquis; obſtantiaq́ altè
Littora gurgitibus mulcet, ripaſque rebelles.
Provocat in florem, & fœcundæ frugis ariſtam.
Mansfeldio veniã fruſtra offert. *At non hæc potuit duci Mansfeldius aſper*

Ille-

Illecebrâ: magis arma placent: ego perſequor armis
Fidentem, vertóque procul, dum denique Caſtris
Inde meis, illinc ſtagnis circumdatus, ore
Periuro dat verba. Ego verbis credulus, iſthac
Lege viam laxo, Frederici vt neutra recedens
Arva petat (Rhenus ſecat altera, & altera lambit
Danubius) ſocioſve adverſùm Cæſaris auſit.

Marsfeldius in Palatinatu ſuperiore concluſus à Tillio.

Annuit: at poſtquam Campis proceſſit apertis,
Perfidus accelerat Rheno; nuperq; prementem
Francdaliæ muros Conſalvum, exterruit, iſthuc
Adveniens. Seſe mox Corduba ſubmovet impar.
Submoto tumet ille furens, lætuſq; timeri,
Vaſtat agros, Prædæ indulgens diſcrimine nullo,
Hoſtiſne ſociuſne colat; quibus evehit oris
Innumeras plauſtris Pecudes, vis omnia verſat.

Fraude in Inferiorem evadens, Franckendaliæ obſidione Hiſpanicos pellit.

Arma laceſſiti rapiunt: & milite fines
Quiſque ſuos ſervant: multis fugit ille timendus,
Dum multos timet; ac primùm loca idonea captat:
Et noſtros Rheni traiectu fluminis arcet.

Ad Rhenum varia occupat

In lybicis veluti bellas dum ſaltibus Hiſtrix,
Quem duri agricolæ furcis, patulóque ſequuntur
Ore canes, vaniſq; ferum latratibus vrgent;
E dorſo, velut è pharetrâ, ſine more volantes
Vibrantem ſtimulos, miſſiſque haſtilibus Hoſtes,
Arcentem acceſſu: proprios collectus in artus,
Tela iacit quocumq; lubet; nerviſque tenaces
Infligit plagas, anguſtaque vulnera venis,
Dein fugitura oculos, artem fugitura medentum.
Iam Pedites Equitum poſt terga incedere iuſſit
Mansfeldus, iactatque minas. Hagenoa recludit
Poſcenti, malè clauſa, & muro pervia, Portas.

Hagenoam in Alſatia.

Indè ratus terrore pari reſerare Tabernas
Alſatiæ, poſitam rigidis in collibus vrbem;
Agmina diſtendit circùm, clavéſque iubenti
Quippe ferant, mittunt nitratas aggere ab alto
Indigenæ glandes, atque illum à manibus arcent.
A *Quippe metum obſeſſis adimit de culmine Turris*

Tabernas Alſatiæ obſidet.

A Hiſtoriam hanc de liberatis aliquoties Alſati Tabernis per imminentem Dei Genitricis Imaginem in Portæ faſtigio, & eiuſdem vrbis obſidionumque effigie argentea per Leopoldum Archiducem ad Lauretanam Ædem tranſmiſſâ narrat Veridicus Germanus.

Et Portæ incumbens, Diva Genitricis Imago;

Imago Deiparæ portę impoſita.

Avertitq́ globos; quos vndique digerit Hoſtis
Spe nimium facilis caſſus frendenſq́ repulsâ.
Tutricem hanc Tabulam Leopoldus Epiſcopus vrbem
Extulerat ſupra, ſervandaq́ mœnia Princeps
Credidit. Illa fidem præſtat; ſimul omnia demens
Huc vertit tormenta Nothus; volat omnis in vnam
Plumbea Chriſtiparam grando; crepitantibus addit
Carmina dira pilis, blaſphemaq́ ſcommata Miles.

Tormentorum & ſclo porum globis impetita nihil læditur. Verid. Germ.

Vulneris illa expers ſola omnes reÿcit ictus,
Viciniſq́ ſinit, ſaxis veſtigia tantum.
Attigit hoc poſtquam Fernandi Cæſaris aures,
Prodigium. „ O Regni, dixit, mihi Diva Bohemi
„ Iam Cuſtos eris; hæc mihi dant exempla Tabernæ;
„ Nec differre licet, quandò ſic exigis, indè
„ Diva Nothum, & per Te Pilſena, Taborq́ rebellis.
„ Accipiunt noſtros, omniſq́ Bohæmia, iuſſus.
„ Inſtandum eſt Operi. Sic fatus ſeria puris
„ Verba notat folijs Cæſar, decretaq́ mandat
„ Lichſtinto, qui iura Pragæ ſuprema ferebat.

Iuſſu Cæſaris deijciuntur ex Templis Huſſitarum ſtatuæ Georgij Podriebradij Regis Huſſitarum, & Marianæ ſubſtituuntur.

Paruit extemplo Carolus, cunctaſq́ per vrbes,
Quas Huſſi furor, & Ziska, felicia dudum
Prælia compulerant, veteres exſcindere ritus;
Signa Podibradÿ ſterni iubet, atque Mariæ
Victrices ſtatuas vano pro Rege reponi.
Hic Huſſi Commenta, dolis defendit & armis
Intrepidè, egregioq́ tulit pro munere Regnum.
Et facti memor, vltoris ſimulacra ſuperbi,
Hinc Calicem, hinc dextrâ nudúm geſtantia ferrum
Veſtibulo in primo, & Templorum limina ſuprà
Inſtituit Populus, quæ nunc ſinit indè revelli.
Et muſſare vetat tanti vis bellica quidquam

Sileſitæ & Hungari Pacem petunt à Cæſare, impetrantque

Cæſaris. Hæc eadem Sileſitam, & damna timentes
Hungaridas, Pacem, Veniamque orare coëgit:
Quam mox & blando comis dat pectore Cæſar.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI QVINTI

Argumentum.

ET à Gabore, Cæſaris fortunam vetito, Fredericus demum deſeritur, adeo & à Mansfeldio deſerendus, ſi non clàm in Inferiorem Palatinatum rediens exul, Nothum in Pacem inclinatum, præſentiâ ſibi aſſeruiſſet. Quamquam ad hunc in fide retinendum, plus Reguli promiſſis, Bina, quæ à Chriſtiano Brunſuicenſi, Halberſtadienſi Pſeudo-epiſco, atque ab Georgio Badenſi Durlachio comparata ſunt, Caſtra valuêre. Rarus amborum impetus ardorque, ſtratam exulis fortunam, Patrimoniis quoque diſtractis, allevare conantium. Nec minor Mansfeldij fides, Tillio Bavaricorum Ductori confligere audentis, auſpicijs Palatini, milite & bonis nudi. Et Principis infortunium quaſi participans, primò ad Minghelſemium ab Tillio cæditur velitando; Victoriâ mox plenâ, in impotentiorem Durlachium Deiparæ reſervatâ. Hic priuſquam Halberſtadij Caſtris, ad maiorem Germaniæ metum damnumque, ſua tandem Caſtra coniungeret, Divæ iuſſu (quæ muto Militi videndam ſe præbuit, atque vt Tillio ad audendum ſuo ipſius nomine auctor eſſet, imperavit) petitus eſt. Et in victoriæ argumentum illa non modò, linguę vſum reddidit muto; ſed & inclinatis Tillij, & Conſalvi Cordubę Aciebus, in Campum, ingentem, gerens Crucem, & Durlachios territans, deſcendit. Mox & per Equitem, candido vectum equo (Angelus is à muto & non paucis, qui viderunt, planè creditus eſt) & penetratis innoxiè, Durlachij Caſtris, Tormentario eorum pulveri flammas ſubdentem, mirabili ad VVimpênam Victoriæ aditum fecit. Currus opere novo, & mortarij æneì vinculo inter ſe nexos, cæca Catholicorum Peditum fortitudo ſubvertit; & par Equitatûs ardor, Durlachium in fugam compulit. Halberſtadius ſenſim ac lentè, ſed pluries cæſus eſt. Et primùm ad Hocſtam, ſitum in Mœni ripâ Oppidum, dum Mansfeldio ſe, nec ſine clade coniunxit. Mox & cum eodem, ad Fleruacum Belgij Oppidum, magnâ Peditum Parte, & altero brachiorum (Sacerdotum Flagellum ſeſe appellans ac gerens) per ſclopi globũ,

 amiſſo.

amiſſo. Denique ad Statſonam in VVeſphaliæ finibus, luce quæ S. Mariæ ad Nives annua eſt, & ipſe per Tillium & Anhaltinum Comitem, internecione cæſus. Religionis Catholicæ in Auſtriâ, Bohemiâ, aliiſque Provincijs, per Cæſarem reſtitutæ præmia, tot conſecutæ brevi intervallo Victoriæ fuêre. Harum autem fructus, Marianæ Hæreſiarcharum loco ſtatuæ, Ferdinandi iuſſu palàm expoſitæ: ſed & Donaria in ſocios Belli largè diviſa, & Clementia in Hoſtes, & Perduelles etiam, quadamtenus impenſa. Eam quoque vel immeritò deſperans, vel adhuc ſuperbè abnuens Fredericus, in Bataviam, notum nempe exilium, redijt. Eius commiſeratione, vel proprij commodi reſpectu Gabor, ab Iaquendorfenſi, Thurnioque vetere Ferdinandi Hoſte, Bella iterum movet, quæ Tillij vel Imago, vel metus, oppreſſit. Quippè Grodingam in Moraviâ obſidens, famâ de Tillij cum quadraginta millibus Armatorum acceſſu, vanè iactatâ, Caſtra mox, nec integra reduxit. Tertium autem minitans Bellum, per Tartaros, Turcaſque, tum inter ſe, tum cum Polono Perſâque diſſidentes, inſigni Providentiæ argumento deſeritur. Nondum enim Deus permiſit Gentium earum aliquam, cum Ferdinādi Hoſtibus fœdus admittere. Haud evidens minùs illud eſt, Hoſtium potentiſſimos, nondum ſimul prodijſſe; ſed ferè ſemper ſingulos, & quibus Cæſar par eſſet. Et quidem nunc (atque reconciliato nuper Gabore) Danus exurgit, & cum Dano Mansfeldius atque Halberſtadius iterum, & Saxonia omnis Inferior. Sed, velut Belli malè ominati indicio, Rex ad Hameliam ex equo profundam in foſſam ruit, & mox eius Legati diversè, Mansfeldius ad Albim atque Deſſaviæ Pontem à Fridlando; Obertrautius autem ad Mindam, Calbergam atque Hanobriam; Rex autem poſtea vt animoſior, ſic fœdè magis, ad Luteram cæditur, auxilio Divæ Bellatricis manifeſto. Illam nocturnus Excubitor Danus irritârat, Tillianum contemptè interrogans, vbi nunc, & quidnam agitet Maria? Reſpondit hic, ſalsè, & quaſi vaticinans, Gladium in Danos exacuit. Mox gladius cuſpide in Exercitum Regis conversâ, minax in Cælo viſus eſt: & Dani poſtridiè, maiore, quàm Cæſareorum anteà Hoſtium quiſquam, ſtrage & damno victi. Hinc Regi omnia, quæ cis Mare ſunt, erepta; quę pòſt clementia Cęſaris cum Pace reddidit. Eandem eius Sociis mors feſtinata, nec decôra præripuit; nempe Halberſtadio, Philippo Haſſi Filio, Iaquerendorfio aliiſque intra Germaniam; at extra illam, Durlachio, Bononiæ Gallicæ; Mansfeldio autem in Boſnia & Agreſti casâ: in Hungaria Ioanni Erneſto VVimario. Denique Belli feſſus, & pœnitens Gabor, ſuperioris Auſtriæ Agricolis ſecundò iam, & fruſtra in

Cæſarem

Cæſarem commotis,Pacem tertiò exorat;ſplendido mox,atque vtinam ſalubri fato,ſuâ in Tranſyluaniâ extinguendus. Atrociori, mortis genere, per cædes quippe diuerſas, rebellionis repetitæ pœnas Agricolæ dederunt. Cęſar iam ſupremæ Duci ſuæ,& victrici, ſacellum in Albo Monte ad Pragam ponit cum appellatione Victoriæ, quæ hinc ad Balthicum Mare nouennio toto decurrerat. Adiutoribus autem Divis Prædia, per vim ablata,reſtitui iuſſit, Edicto,ad gravioris exin, longioriſq; Belli cauſam,prætextumve accepto. Antea pro felicitatis Coronide, & Leonoram Auguſtam, & Ferdinandum Filium, Hungariæ Bohemięque Regem rite coronârat.

LIBER V.

ANNVS 1622

Pax cum Gabore.

PAx datur & Gabori; quâ non praſtantius vllum
Armigeris donum, tribuit Mortalibus Æther.
Quâ quondam pariter totum regnante per Orbem,
Virgo Deum infantem peperit, Belliſque fugatam,
In Terras, eadem crebrò Regina revexit.
Hanc Gabor expetÿt, cui de tot fœdere iunctis.
Reſtat Aquendorfus tantùm; quem Saxones vrgent.
Agminibus denſi, & Sileſitis finibus arcent,

Spes Pacis cum Mansfeldio.
Quam Fredericus ex Hollandiâ per Galliã in Palatinatum ſuum inferiorem rediens euertit

Reſtat Mansfeldus Paci qui nuper & ipſe
Inclinare animum, & inſtis dare legibus aures,
Viſus erat: verùm Batavis Fredericus ab oris
Ecce redux, Rheno apparet comitata duobus
Maieſtas famulis, inceptaq; fœdera turbat.
Fama loquax reducem narrat, ſtudioq; videndi
Principis, exiliunt Tectis; occurrit in arva,
Militiâ comitante, Nothus, cui talia Princeps:
„ O mihi Dux, reliquis notâ virtute fideque
„ Care magis, coràm quem me dudum expetis, adſum.
„ Illecebris nec te promiſſa hoſtilica flectant,
„ Percellantve minæ. Manet & fiducia victo:
„ Nec iacui totus. Tua magna reſurgere virtus
„ Me facit; & faciet, domitâ Brunſuicius ardens

Halberſtadius in Veſphaliâ & Durlachius in Alſatia

„ Veſphaliâ, & noſtras propior Durlachus ad vrbes.
„ Nunc age; tentandi Pugnis levioribus Hoſtes,
„ Me redyſſe ſciant, doleantque. Vbi denique nobis
„ Addiderint ſeſe ſocij: tunc vero licebit
„ Plenâ illos Acie, totiſque invadere Caſtris.
Sic fatus, Peditem nemora ad vicina relinquit,
Et cunctas Equitum trahit in mea Caſtra Phalanges

Magnani-

Magnanimus Bellator. Ego procedere contrà
Nil moror, atque pares Frederico opponere Turmas,
Permiſtas Pediti Turmas; ſed territus ille,
Vix expectatà retulit veſtigia Pugnâ;
Inſequimur, profugûmque extremos ſternimus arvis.
Ad villam, & notas iterum Manſfeldius artes
Confugit. Vt nobis animumq́, viamque ſequendi
Eripiat, medio poſitam (quà pergere cuncti
Cepimus) incendi villam iubet, æſtuat ignis;
Hinc ſtipulæ fumos, hinc humida ſpargit arundo,
Cumq́, oculis mentem, victriciaq́, agmina turbat
Offuſus vapor, & conſpectu ſubmovet Hoſtes.
Gaudet fraude Nothus; ſocyſque ad Signa reductis,
Nos petit. At cæci fumo, Ordinibuſq́, ſoluti,
Per nigram erramus nebulam, fugimuſque viciſſim,
Quà licet; è numero quingentos perdimus omni,
Evadunt reliqui, ſparſimque ad Caſtra recedunt.
A *Hos inter ſimplex, & muti cognitus oris*
Miles erat. Vocem abſtulerant cum ſtipite dudum
Iam rabidi Agricolæ, damno; cæciq́, furore
Pulſarant caput immerito, dum fortè vagatur
Avulſus ſocijs, per opacas ilice ſylvas.
Ad ſeſe vt rediyt, conantem verba, palato
Deficiunt, ſummoque hærent in gutture queſtus.
Sæpè Ducem dextræ indicio, nutuq́, rogavit,
Ire ſibi procùl, vt liceat (vbi ſcilicet Aſpro
Sichemiam noſtri celebrant in monte Brabanti,
Effectricem operum Divam) coramq́, precari,
Vt ſibi reſtituat vocem, linguamq́, reſolvat.
Quam peteret mutuò veniam, dux diſcere ſolis
Nutibus haud valuit: tum deſtitit ille petendo.
Caſtra ſequi pergit: dum fumo elapſus eodem,
Manſfeldi ſclopos vitavit, & Agmina mecum,
Attigeratque nemus, primas vbi plurima circùm
Trudebat quercus diſrupto caudice frondes
Vere novo; & lætos reparabat gramina Menſis.

Velitatio ad Mingelſhemium.

Cæditur Palatinus.

Tum & Tillius Mãsfeldij ſtratagemate.

Miles inter Tillianos biennio mutus.

Votum Peregrinationis ad Sichemiense Templum Deiparæ.

Illuc Miſſionem non obtinet.

A Mirabilis hæc, & bis terve, Alſatæ muto, Legionis Embdanæ & cohortis Pukianæ Pediti oblatus Deiparæ conſpectus & allocutio, non ſatis diſtinctè relata à Veridico Germano, Drexelio, Sandæo in ſua Luna myſtica, Chapuis des guerres de Flandres, Malingie de l'Heretie, item impreſſis Herbipoli Moguntiæ &c. videtur ſic ordinanda.

Deipara ei appâret.

Abijcit hic ſeſe miles, viridiq́; iacebat
Feſſus humo, dum ſe Viſendam cælica Virgo
Obtulit egregiâ ſpecie, qualiſq́; videri
Sickemij ſuevit, blanda ſub imagine Matris.
Aurea cæſaries, toga cærula, candida veſtis
Interior; ſed frontis honor plus veſte nitebat.
Labra rubeſcebant, granati qualia mali
Fruſta ſolent; aut vitta levis, quam ſedula cocco
Infecit Tyrio, vel ſanguine muricis, Ægle.

Timidè fugientem revocat.

At placidis lux blanda oculis. Et territus ille
Aufugit: inſequitur profugum, lenitque timorem
Virgo-Parens; Divam confeſſa, & voce benignâ
Detinet increpitans; quales per florida Tempe,
Sibila dant Zephyri, croceoſq́; aſpirat odores

Alloquens mittit ad Tillium vt de invadẽdo Durlachio moneat

Aura levis: ,, Non cauſa fugæ, non cauſa pavoris
,, Advenio, Cælo Mater delapſa ſereno.
,, Sunt Hoſtes, ſunt Bella mihi communia tecum:
,, Cauſa eadem; monitiſq́; meis ſi commodet aurem
,, Tillius, iſta meos haud iam Calvinica rurſum
,, Turba fuget ſocios, fumove illudat amaro.

Durlachius Calviniſta iurarat ab ſe evertẽdas Ordinis Teutonici ſeu Mariani Arces & Oppida.

,, Eruere ille meas etiam iactantior Arces
,, Durlachius, nec non ſimulacra revellere iurat.
,, Non faciet, vel ſi ſtolido coniuret Auernus.
,, Auctor ego audendi. Nunc Bella redintegret, vſque
,, Tillius; ipſa adero, ipſa animos & robora victis
,, Sufficiam præſens, & nupera damna rependam.
Dixit, & æthereas Regina receſſit in auras;
At placida latus Miles ſermone Mariæ
Exerit in grates linguam; ſed nervus hianti

Mutus geſticulationibus, Tillium vt Hoſtẽ invadat, admonet. Cæſar iubet Durlachium peti, priuſquam ipſe & Halberſtadius Palatino & Mãsfeldio iungantur.

Verba recuſat iners, vocemq̃ue infringit in ore.
Attamen vt potuit, meditato ſingula geſtu
Prodidit ipſe mihi; & primùm quoque credulus illi
Bella paro, quò ſponte meâ, quò ſponte movebar
Cæſaris; vnum aliquem ternis ex Hoſtibus (amplas
Qui diverſi Acies vicina per Arva trahebant)
Impetere; atque priùs propriâ diffringere Pugnâ,

Durlachij apparatus mirabiles.

Quàm ſua Caſtra ſimul iungant, atque Agmina campo.
Durlachius legitur, quem vis, & Livor agebat

Maior

Maior in Auſtriadas, qui ſpe quoque turbidus ibat
Ferricrepos inter currus, Bellique tumultum;
Principibus quoque vincla minans, & funera demens. Iactantia.
Nec longè Frederico aberat; cùm potius audit
Occurſare meas, diverſâ parte, Phalanges.
Reſiſtit: & largâ ſimul ordinat Agmina ſolers Conflictus ad Vimpenam 6. Maij.
Planitie: latera hinc ſilvis; hinc Neckare cingit;
Et tormentiferis frontem bis mille præarmat
Curribus, & plumbeis ſubeuntes glandibus arcet.
Nos frontem, (quandò hæc via ſcilicet vnica reſtat)
Aggredimur reptando; ego lævâ, Corduba dextrâ
(Venerat ille mihi lectâ cum Pube vocatus)
Et potior numero ferus Hoſtis, vtriq; repugnat.
Tum Virgo Omnipotens, Caſtrorum in Parte meorum
Adſtitit extremâ, ſpeciéque inſignis eâdem
Quâ primùm aſtiterat nuper; Mutique clientis Iterum apparet muto Deipara & vocem reddit
Cervicem mulcens ferulâ; „ Iam voce receptâ
„ Proloquere auxilium ſocijs, & Numinis, inquit,
„ Dic Ducibus, quam præſtet opem præſentia noſtri.
Ille ſalutiferos ictus, reſolutaque linguæ
Vincula mox ſentit; tum deindè vocabula miles
Sponte ſequi deſueta ſtupet, grateſq; rependit.
Illa ſagittæ inſtar Cæli convexa reviſit,
In Campum reditura brevi, nobiſq; futura
Auxilio: mediâ ſpatij plus Parte petebat
Occaſum iam prona dies, & marte calebat
Ancipiti Campus. Noſtras Durlachia Turmas Anceps victoria.
Acceſſu arcebant Tormenta, ſimúlque catenas
Cum globulis, clavoſque ſimul ſilicéſque ructabant.
Et quamquam Hiſpanos Pedites (quos territa, noſtrûm
Nudarat fugiens, medióque reliquerat arvo
Pars Equitum) gyris bis terve includere fruſtrà
Certavit, cuneiſque irrupit equeſtribus Hoſtis;
Vincendi promiſſa tamen ſpes excidit omnis
Penè mihi: ſed Diva-Parens de nube nitenti
Adfuit, atque vnà manno feſtinus in albo Tertio apparet Deipara cum Equite candido.
Aliger, ipſe albis etiam ſpectabilis armis.
Illa Crucem magnam dextrâ, ſuccenſáque promens

Vultu

Digitized by Google

Turba virûm, quæ vincta Praga ſub carceris vmbris
Pœnam pro veteri rea proditione timebat?
Conſilijs iterare nefas, furtimq; ſuſurris
Extimulare rudes, & ad arma propellere Plebem;
Adfore Mansfeldum cæpto, dextramq; daturum.
Tum verò, infandum, & nimis exitiabile crimen,
(Concilio, cui ius cognoſcere facta nocentum)
Ad leges placuit patrias, pœnamque vocare.

Iudiciũ de rebellibus Bohemis.

Quæſitor ſedit ſolio Lichſtinius alto,
Cauſidicûmque ſupercilium dextrà atque ſiniſtrà.
Scrutantur cuiuſque ſcelus, damnantque repertum,

Cæſaris in eos Clementia.

Et dignâ meritos pœnâ. Verùm ecce, Viennâ
Cæſaris advolitat niveis Clementia Pennis
Alba comas, laxoſque ſinus, Pallamque fluentem.
Ter ferale manu conata revellere ſcriptum,
Ter vetita & vetuit præſens Soror, ipſa rubenti
Iuſtitia exultanſque ſago, ferroq; coruſcans,
Orantemque docet, quantum diſcriminis inſtet
Iam Patriæ, ſi nulla reos vindicta retundat,
Et geminâ iam fraude reos. Clementia ceſſit
Hactenus, vt liceat pœnæ reſcindere partem;

Singulis damnatorum Pœnam condonat vel minuit.

Direptamq; Alis Pennam liquido imbuit aurô,
Supplicia vt minuat miſeris: pro torribus enſem,
Pro furcâ remos, pro remis vincula ſcripſit.
Quorumdam exilium penitus depunxit, acerbè
Id quamquam ſinit æqua Soror; ſed iuſſa volebant

Parcit itaque vtrique Anhaltino Thurnenſiſque vxori ac Filio, VVeymariis, Hohenloio, aliis.

Fernandi, & precibus vix vnquam haud flexile pectus.
Talis in Hoſte fuit Cæſar; ſeſeq; benignum,
Oſtendit reliquis, quibus & mens conſcia culpæ,
Et fuga in externis dederat ſcelus abdere Terris.
Qualis plena micat, nitidiſque argentea Phœbe
Emollit radijs, latrantes rauca moloſſos,
Certanteſque illam vano detrudere ſaltu.
Qualis odorati Nilus per Prata Canôpi,
Se blandis diffundit aquis; obſtantiaq; altè
Littora gurgitibus mulcet, ripaſque rebelles.
Provocat in florem, & fœcunda frugis ariſtam.

Mansfeldio veniã fruſtra offert.

At non hâc potuit duci Mansfeldius aſper

Ille-

Illecebrâ: magis arma placent: ego perſequor armis
Fidentem, vertóque procùl, dum denique Caſtris
Inde meis, illinc ſtagnis circumdatus, ore
Periuro dat verba. Ego verbis credulus, iſthac
Lege viam laxo, Frederici vt neutra recedens
Arva petat (Rhenus ſecat altera, & altera lambit
Danubius) ſocioſve adversùm Cæſaris auſit.

Maesfeldius in Palatinatu ſuperiore concluſus à Tillio.

Annuit: at poſtquam Campis proceſſit apertis,
Perfidus accelerat Rheno; nuperq́; prementem
Francdaliæ muros Conſalvum, exterruit, iſthuc
Adveniens. Seſe mox Corduba ſubmovet impar.
Submoto tumet ille furens, lætuſq́; timeri,
Vaſtat agros, Prædæ indulgens diſcrimine nullo,
Hoſtiſne ſociuſne colat; quibus evehit oris
Innumeras plauſtris Pecudes, vis omnia verſat.

Fraude in Inferiorem evadens, Franckendaliæ obſidione Hiſpanicos pellit.

Arma laceſſiti rapiunt: & milite fines
Quiſque ſuos ſervant: multis fugit ille timendus,
Dum multos timet; ac primùm loca idonea captat.
Et noſtros Rheni traiectu fluminis arcet.

Ad Rhenum varia occupat

In lybicis veluti bellas dum ſaltibus Hiſtrix,
Quem duri agricolæ furcis, patuloque ſequuntur
Ore canes, vaniſq́; ferum latratibus vrgent;
E dorſo, velut è pharetrâ, ſine more volantes
Vibrantem ſtimulos, miſſiſque haſtilibus Hoſtes,
Arcentem acceſſu: proprios collectus in artus,
Tela iacit quocumq́; lubet; nerviſque tenaces
Inſtigit plagas, anguſtaque vulnera venis,
Dein fugitura oculos, aſtem fugitura medentum.
Iam Pedites Equitum poſt terga incedere iuſſit
Mansfeldus, iactatque minas. Hagenoa recludit
Poſcenti, malè clauſa, & muro pervia, Portas.

Hagenoam in Alſatia.

Indè ratus terrore pari reſerare Tabernas
Alſatiæ, poſitam rigidis in collibus vrbem;
Agmina diſtendit circùm, clavéſque iubenti
Quippe ferant, mittunt nitratas aggere ab alto
Indigenæ glandes, atque illum à mœnibus arcent.
A *Quippe metum obſeſſis adimit de culmine Turris*

Tabernas Alſatiæ obſidet.

A Hiſtoriam hanc de liberatis aliquoties Alſati Tabernis per imminentem **Dei Genitricis Imaginem** in Portæ faſtigio, & eiuſdem vrbis obſidionumque effigie argentea per **Leopoldum Archiducem** ad Lauretanam Ædem tranſmiſſâ narrat Veridicus Germanus.

Et Portæ incumbens, Diva Genitricis Imago;
Imago Deiparæ portę impoſita.
Avertitq́; globos; quos vndique digerit Hoſtis
Spe nimium facili caſſus frendenſq́; repulſâ.
Tutricem hanc Tabulam Leopoldus Epiſcopus vrbem
Extulerat ſupra, ſervandaq́; mœnia Princeps
Credidit. Illa fidem præſtat; ſimul omnia demens
Huc vertit tormenta Nothus; volat omnis in vnam
Plumbea Chriſtiparam grando; crepitantibus addit
Tormentorum & ſclo porum globis impetita nihil læditur. Verid. Germ.
Carmina dira pilis, blaſphemaq́; ſcommata Miles.
Vulneris illa expers ſola omnes reijcit ictus,
Viciniſq́; ſinit, ſaxis veſtigia tantum.
Attigit hoc poſtquam Fernandi Cæſaris aures,
Prodigium. „ *O Regni, dixit, mihi Diva Bohemi*
„ *Iam Cuſtos eris; hæc mihi dant exempla Tabernæ;*
„ *Nec differre licet, quandò ſic exigis, indè*
„ *Diva Nothum, & per Te Pilſena, Taborq́; rebellis.*
„ *Accipiunt noſtros, omniſq́; Bohæmia, iuſſus.*
Iuſſu Cæſaris deijciuntur ex Templis Huſſitarum ſtatuæ Georgij Podriebradij Regis Huſſitarum, & Marianæ ſubſtituuntur.
„ *Inſtandum eſt Operi. Sic fatus ſeria puris*
„ *Verba notat folijs Cæſar, decretaq́; mandat*
„ *Lichſlinto, qui iura Pragæ ſuprema ferebat.*
Paruit extemplo Carolus, cunctaſq́; per vrbes,
Quas Huſſi furor, & Ziska, felicia dudum
Prælia compulerant, veteres exſcindere ritus;
Signa Podibradij ſterni iubet, atque Mariæ
Victrices ſtatuas vano pro Rege reponi.
Hic Huſſi Commenta, dolis defendit & armis
Intrepidè, egregioq́; tulit pro munere Regnum.
Et facti memor, vltoris ſimulacra ſuperbi,
Hinc Calicem, hinc dextrâ nudum geſtantia ferrum
Veſtibulo in primo, & Templorum limina ſuprà
Inſtituit Populus, quæ nunc ſinit indè revelli.
Sileſitæ & Hungari Pacem petunt à Cæſare, impetrantque
Et muſſare vetat tanti vis bellica quidquam
Cæſaris. Hæc eadem Sileſitam, & damna timentes
Hungaridas, Pacem, Veniamque orare coëgit:
Quam mox & blando comis dat pectore Cæſar.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI QVINTI

Argumentum.

ET à Gabore, Cæſaris fortunam veriſo, Fredericus demum deſeritur, adeo & à Mansfeldio deſerendus, ſi non clàm in Inferiorem Palatinatum rediens exul, Nothum in Pacem inclinatum, præſentiâ ſibi aſſeruiſſet. Quamquam ad hunc in fide retinendum, plus Reguli promiſſis, Bina, quæ à Chriſtiano Brunſuicenſi, Halberſtadienſi Pſeudo-epiſco, atque ab Georgio Badenſi Durlachio comparata ſunt, Caſtra valuêre. Rarus amborum impetus ardorque, ſtratam exulis fortunam, Patrimoniis quoque diſtractis, allevare conantium. Nec minor Mansfeldij fides, Tillio Bavaricorum Ductori confligere audentis, auſpicijs Palatini, milite & bonis nudi. Et Principis infortunium quaſi participans primò ad Minghelſemium ab Tillio cæditur velitando; Victoriâ mox plenâ, in impotentiorem Durlachium Deiparæ reſervatâ. Hic priuſquam Halberſtadij Caſtris, ad maiorem Germaniæ metum damnumque, ſua tandem Caſtra coniungeret, Divæ iuſſu (quæ muto Militi videndam ſe præbuit, atque vt Tillio ad audendum ſuo ipſius nomine auctor eſſet, imperavit) petitus eſt. Et in victoriæ argumentum illa non modò, linguę vſum reddidit muto; ſed & inclinatis Tillij, & Conſalvi Cordubę Aciebus, in Campum, ingentem, gerens Crucem, & Durlachios territans, deſcendit. Mox & per Equitem, candido vectum equo (Angelus is à muto & non paucis, qui viderunt, planè creditus eſt) & penetratis innoxiè, Durlachij Caſtris, Tormentario eorum pulveri flammas ſubdentem, mirabili ad VVimpênam Victoriæ aditum fecit. Currus opere novo, & Mortarij ænei vinculo inter ſe nexos, cæca Catholicorum Peditum fortitudo ſubverrit; & par Equitatûs ardor, Durlachium in fugam compulit. Halberſtadius ſenſim ac lentè, ſed pluries cæſus eſt. Et primùm ad Hocſtam, ſitum in Mœni ripâ Oppidum, dum Mansfeldio ſe, nec ſine clade coniunxit. Mox & cum eodem, ad Fleruacum Belgij Oppidum, magnâ Peditum Parte, & altero brachiorum (Sacerdotum Flagellum ſeſe appellans ac gerens) per ſclopi globū,

Digitized by Google

amiſſo. Denique ad Statlonam in VVeſphaliæ finibus, luce quæ S.Mariæ ad Nives annua eſt, & ipſe per Tillium & Anhaltinum Comitem, internecione cæſus. Religionis Catholicæ in Auſtriâ, Bohemiâ, aliiſque Provincijs, per Cæſarem reſtitutæ præmia, tot conſecutæ brevi intervallo Victoriæ fuêre. Harum autem fructus, Marianæ Hæreſiarcharum loco ſtatuæ, Ferdinandi iuſſu palàm expoſitæ: ſed & Donaria in ſocios Belli largè diviſa, & Clementia in Hoſtes, & Perduelles etiam, quadamtenus impenſa. Eam quoque vel immeritò deſperans, vel adhuc ſuperbè abnuens Fredericus, in Bataviam, notum nempe exilium, rediit. Eius commiſeratione, vel proprij commodi reſpectu Gabor, ab Iaquendorfenſi, Thurnioque vetere Ferdinandi Hoſte, Bella iterum movet, quæ Tillij vel Imago, vel metus, oppreſſit. Quippè Grodingam in Moraviâ obſidens, famâ de Tillij cum quadraginta millibus Armatorum acceſſu, vanè iactatâ, Caſtra mox, nec integra reduxit. Tertium autem minitans Bellum, per Tartaros, Turcaſque, tum inter ſe, tum cum Polono Perſâque diſſidentes, inſigni Providentiæ argumento deſeritur. Nondum enim Deus permiſit Gentium earum aliquam, cum Ferdinādi Hoſtibus fœdus admittere. Haud evidens minùs illud eſt, Hoſtium potentiſſimos, nondum ſimul prodijſſe; ſed ferè ſemper ſingulos, & quibus Cæſar par eſſet. Et quidem nunc (atque reconciliato nuper Gabore) Danus exurgit, & cum Dano Mansfeldius atque Halberſtadius iterum, & Saxonia omnis Inferior. Sed, velut Belli malè ominati indicio, Rex ad Hameliam ex equo profundam in foſſam ruit, & mox eius Legati diverſè, Mansfeldius ad Albim atque Deſſaviæ Pontem à Fridlando; Obertrautius autem ad Mindam, Calbergam atque Hanobriam; Rex autem poſtea vt animoſior, ſic fœdè magis, ad Luteram cæditur, auxilio Divæ Bellatricis manifeſto. Illam nocturnus Excubitor Danus irritârat, Tillianum contemptè interrogans, vbi nunc, & quidnam agitet Maria? Reſpondit hic, falsè, & quaſi vaticinans, Gladium in Danos exacuit. Mox gladius cuſpide in Exercitum Regis converſâ, minax in Cælo viſus eſt; & Dani poſtridiè, maiore, quàm Cæſareorum anteà Hoſtium quiſquam, ſtrage & damno victi. Hinc Regi omnia, quæ cis Mare ſunt, erepta; quę pòſt clementia Cęſaris cum Pace reddidit. Eandem eius Sociis mors feſtinata, nec decôra præripuit; nempe Halberſtadio, Philippo Haſſi Filio, Iaquerendorfio aliiſque intra Germaniam; at extra illam, Durlachio, Bononiæ Gallicæ; Mansfeldio autem in Boſnia & Agreſti casâ: in Hungaria Ioanni Erneſto VVimario. Denique Belli feſſus, & pœnitens Gabor, ſuperioris Auſtriæ Agricolis ſecundò iam, & fruſtra in

Cæſarem

Digitized by Google

Cæſarem commotis, Pacem tertiò exorat; ſplendido mox, atque vtinam ſalubri fato, ſuâ in Tranſyluaniâ extinguendus. Atrociori, mortis genere, per cædes quippe diuerſas, rebellionis repetitæ pænas Agricolæ dederunt. Cęſar iam ſupremæ Duci ſuæ, & victrici, ſacellum in Albo Monte ad Pragam ponit cum appellatione Victoriæ, quæ hinc ad Balthicum Mare nouennio toto decurrerat. Adiutoribus autem Divis Prædia, per vim ablata, reſtitui iuſſit, Edicto, ad gravioris exin, longioriſq; Belli cauſam, prætextumve accepto. Antea pro felicitatis Coronide, & Leonoram Auguſtam, & Ferdinandum Filium, Hungariæ Bohemięque Regem rite coronârat.

Digitized by Google

LIBER V.

ANNVS 1622

Pax cum Gabore.

Pax datur & Gabori; quâ non præſtantius vllum
Armigeris donum, tribuit Mortalibus Æther.
Quâ quondam pariter totum regnante per Orbem,
Virgo Deum infantem peperit, Belliſque fugatam,
In Terras, eadem crebrò Regina revexit.
Hanc Gabor expetÿt, cui de tot fœdere iunctis.
Reſtat Aquendorfus tantùm; quem Saxones vrgent
Agminibus denſi, & Sileſitis finibus arcent,

Spes Pacis cum Mansfeldio.
Quam Fredericus ex Hollandiâ per Galliã in Palatinatum ſuum inferiorem rediens evertit.

Reſtat Mansfeldus Paci qui nuper & ipſe
Inclinare animum, & iuſtis dare legibus aures,
Viſus erat: verùm Batavis Fredericus ab oris
Ecce redux, Rheno apparet comitatâ duobus
Maieſtas famulis, incæptaq; fœdera turbat.
Fama loquax reducem narrat, ſtudioq; videndi
Principis, exiliunt Tectis; occurrit in arva,
Militiâ comitante, Nothus, cui talia Princeps:
,, O mihi Dux, reliquis notâ virtute fideque
,, Care magis, coràm quem me dudum expetis, adſum.
,, Illecebris nec te promiſſa hoſtilica flectant,
,, Percellantve minæ. Manet & fiducia victo:
,, Nec iacui totus. Tua magna reſurgere virtus
,, Me facit; & faciet, domitâ Brunſuicius ardens

Halberſtadius in Veſphaliâ & Durlachius in Alſatia.

,, Veſphaliâ, & noſtras propior Durlachus ad vrbes.
,, Nunc age; tentandi Pugnis leuioribus Hoſtes,
,, Me redÿſſe ſciant, doleantque. Vbi denique nobis
,, Addiderint ſeſe ſocij: tunc vero licebit
,, Plenâ illos Acie, totiſque invadere Caſtris.
Sic fatus, Peditem nemora ad vicina relinquit,
Et cunctas Equitum trahit in mea Caſtra Phalanges

Magnani-

Magnanimus Bellator. Ego procedere contrà — Velitatio ad Mingelſhemium.
Nil moror, atque pares Frederico opponere Turmas,
Permiſtas Pediti Turmas; ſed territus ille,
Vix expectatâ retulit veſtigia Pugnâ; — Cæditur Palatinus.
Inſequimur, profugûmque extremos ſternimus arvis.
Ad villam, & notas iterum Mansfeldius artes
Confugit. Vt nobis animumq́, viamq́ue ſequendi
Eripiat, medio poſitam (quà pergere cuncti
Cepimus) incendi villam iubet, æſtuat ignis;
Hinc ſtipulæ fumos, hinc humida ſpargit arundo,
Cumq́, oculis mentem, victriciaq́, agmina turbat
Offuſus vapor, & conſpectu ſubmovet Hoſtes.
Gaudet fraude Nothus; ſocyſque ad Signa reductis,
Nos petit. At cæci fumo, Ordinibuſq́, ſoluti,
Per nigram erramus nebulam, fugimuſque viciſſim, — Tum & Tillius Mãsfeldij ſtratagemate.
Quà licet; è numero quingentos perdimus omni,
Evadunt reliqui, ſparſimque ad Caſtra recedunt. — Miles inter Tillianos biennio mutus.
A *Hos inter ſimplex, & muti cognitus oris*
Miles erat. Vocem abſtulerant cum ſtipite dudum
Iam rabidi Agricolæ, damno; cæciq́, furore
Pulſarant caput immeritò, dum fortè vagatur
Avulſus ſocijs, per opacas ilice ſylvas.
Ad ſeſe vt redijt, conantem verba, palato
Deficiunt, ſummoque hærent in gutture queſtus.
Sæpè Ducem dextra indicio, nutuq́, rogavit, — Votum Peregrinationis ad Sichemienſe Templum Deiparæ.
Ire ſibi procùl, vt liceat (vbi ſcilicet Aſpro
Sichemiam noſtri celebrant in monte Brabanti,
Effectricem operum Divam) coramq́, precari,
Vt ſibi reſtituat vocem, linguamq́, reſolvat.
Quam peteret mutus veniam, dux diſcere ſolis — Illuc Miſſionem non obtinet.
Nutibus haud valuit: tum deſtitit ille petendo.
Caſtra ſequi pergit: dum fumo elapſus eodem,
Mansfeldi ſclopos vitavit, & Agmina mecum,
Attigeratque nemus, primas vbi plurima circùm
Trudebat quercus diſrupto caudice frondes
Vere novo; & lætus reparabat gramina Menſis.

N. 3 *Abycit*

A Mirabilis hæc, & bis terve, Alſatæ muto, Legionis Embdanæ & cohortis Pirkianæ Pediti oblatus Deiparæ conſpectus & allocutio, non ſatis diſtinctè relata à Veridico Germano, Drexelio, Sandæo in ſua Luna myſtica, Chapuis des guerres de Flandres, Malingre de l'Heretie, item impreſſis Herbipoli Moguntiæ &c. videtur ſic ordinanda.

Digitized by Google

Maior in Auſtriadas, qui ſpe quoque turbidus ibat
Ferricrepos inter currus, Bellique tumultum;
Principibus quoque vincla minans, & funera demens. Iactantia.
Nec longè Frederico aberat; cùm potinus audit
Occurſare meas, diverſà parte, Phalanges.
Reſtitit: & largâ ſimul ordinat Agmina ſolers Conflictus ad Vimpenam 6. Maij.
Planitie: latera hinc ſilvis; hinc Neckare cingit;
Et tormentiferis frontem bis mille præarmat
Curribus, & plumbeis ſubeuntes glandibus arcet.
Nos frontem, (quandò hæc via ſcilicet vnica reſtat)
Aggredimur reptando; ego lævà, Corduba dextrà
(Venerat ille mihi lectâ cum Pube vocatus)
Et potior numero ferus Hoſtis, vtriq́ repugnat.
Tum Virgo Omnipotens, Caſtrorum in Parte meorum
Adſtitit extremâ, ſpeciéque inſignis eâdem
Quâ primùm aſtiterat nuper; Mutique clientis Iterum apparet muto Deipara & vocem reddit
Cervicem mulcens ferulâ; „ Iam voce receptâ
„ Proloquere auxilium ſocijs, & Numinis, inquit,
„ Dic Ducibus, quam præſtet opem præſentia noſtri.
Ille ſaluiferos ictus, reſolutaque linguâ
Vincula mox ſentit; tum deindè vocabula miles
Spontè ſequi deſueta ſtupet, grateſq́ rependit.
Illa ſagittæ inſtar Cæli convexa reviſit,
In Campum reditura brevi, nobiſq́ futura
Auxilio: mediâ ſpatij plus Parte petebat
Occaſum iam prona dies, & marte calebat
Ancipiti Campus. Noſtras Durlachia Turmas Anceps victoria.
Acceſſu arcebant Tormenta, ſimúlque catenas
Cum globulis, clavoſque ſimul ſilicéſque ructabant.
Et quamquam Hiſpanos Pedites (quos territa, noſtrûm
Nudarat fugiens, medióque reliquerat arvo
Pars Equitum) gyris bis terve includere fruſtrà
Certavit, cuneiſque irrupit equeſtribus Hoſtis;
Vincendi promiſſa tamen ſpes excidit omnis
Penè mihi: ſed Diva-Parens de nube nitenti
Adfuit, atque unà manno feſtinus in albo Tertio apparet Deipara cum Equite candido.
Aliger, ipſe albis etiam ſpectabilis armis.
Illa Crucem magnam dextrâ, ſuccenſáque promens

Vultu

Crucem geſtans Catholicos animat.

Vultu odia, hoſtiles Turmas exterruit arvo,
Dilapſoſq́; fugâ noſtros ſub ſigna reducens,
Hinc Acies, atque hinc Acies animoſa peragrat,
Inſpirans fractis vires, pavidiſque timorem
Abſtulit, atque oculis manifeſta pericula texit.

Eques candidus per media Durlachij caſtra decurrit illæſus

At cæleſtis Eques veloci hoſtilia curſu
Agmina pervolitat; non illum è millibus ulla
Tangere glans potuit, quas cominus, eminus, omnes
Hunc ſimul exonerant contra. Clamore ſodalem
Quiſque monet, tenſo properantem figere ſclopo
,, Vah pudor!, hunc unum nequeant tot lædere glandes?
,, Unus Eques tantas Acies eludat? At ille

In extremo agmine pulueris tormentarij dolia incendit.

Agmen ad extremum jam prætervectus, in urnas
Pulvere ſulphureo pariter, nitroque tumentes,
Injicit igniculum; Plauſtris mox cætera flammam
Vaſa trahunt, ſaliunt ſenſu, & nidore Quadrigæ
Hinnituq́; fremunt, & vincula pectore laxant.
Semineces ſimul igne viri bacchantur in omnem
Quà licet ire viam, cum fumo diditur horror
Momento, totiſque ruit turbatio Caſtris.

A *Nos læti auſpicio, turbatum protinus Hoſtem*

Equites Durlachij fugiunt.

Aggredimur, verſis Equites referuntur habenis,
Deſtituuntque fugâ Peditem; quem nempe tegebat
Horrida ſeps, longus carris & vectibus ordo.
Illi inter ſeſe commiſſi immanibus uncis

Pedites curribus mire implexis ſe tuentur.

Stabant, & geminâ mortaria parva gerebant
Parte ſuper, multam mittentes undique glandem.
At ſubter, nixuſq́; genu, radijſq́; rotarum,
Suſtentans ſclopos, dat nitrea fulmina miles,
Quò nobis iter eſt. Ego tunc, & Corduba mecum
Deſultamus equis celeres, Pugnaque pedeſtri
Diverſi aptamur, rapimuſq́; haſtilia dextris.
Succedunt, altè ſublati lumina cælo
Hiſpani; & largis fædantes fletibus ora;

Tunden-

A Hiſtoriam hanc de muto milite & Equite candido referunt plurimi Scriptores, Carolus Carafa Epiſcop. Averſanus & Pontificius apud Ferdin. II. Legatus in Germania ſacra reſtituta: Chapuis de bellis Belgicis, & vulgati quidam libelli. Accuratiſſimè autem Veridicus Germ. & Sandæus in ſua Luna Myſtica.

Tundenteſque manu pectus, ſcelerumque precantes
Singultu veniam: ſi quæ fors crimina fibris
Inſideant ſupèr, atque avertunt Numinis iram.
Quos intrâ ſclopi iactum vt videre proterui
Durlachidæ, temerè, ac ſimul omnes grande per auras
Dant tonitru; fugiuntque dato. Sed curribus illi
Implicitant ſubnixi humeros, ſternuntq́ lacertis
Obſtantes, laxantque viam. Circùm vndique noſter
Intrat Eques, profugoſq́ vrgent ſternuntque prehenſos.
Exundat ſtrages: pedes effugit ipſe per Agros,
Qui priùs immensâ ſeſe cum mole ferebat
Durlachius, Magnæ Matris contemptor & ipſum
Forſan equo lapſum ſtrato comprendere noſtris
Fas fuerat; verum arma ſolo proiecta vetabant.
Loricæ & Galeæ, ſclopique & ſpicula & Enſes,
Captivúmque Greges, & plurima gaza, Catervas
Victrices tenuère; moramq́ dedère fugaci.
Dividimus ſpolia, & Pars nunc mihi debita, ceſſit
Me donante, meis: feſtos accendimus ignes
Veſpere, & in totam perdurant gaudia noctem.
At iam Durlachicæ cladis Mansfeldius vltor,
Totis Darmſtadiam Caſtris accurrit ad vrbem.
It comes, egregium reputans Fredericus haberi
Prædonis ſocius, Gentique extrema minari,
Quicum non bellum, belli non cauſa fuiſſet.
Cuncta huc admiſſi rapiunt, plauſtriſque reponunt
Aſportanda procul; iuſto quæ pendere ſumptu
Iurarant. Sed rara fides, vbi regnat egeſtas.
Dumque vacant rapto; Bavaras hinc congrego Turmas;
Congregat inde ſuas Conſalvus; Anholtius illinc
Veſphalias addit; quibus Halberſtadica dudum
Caſtra premens, Rheni ripâ abs vtrâque remôrat,
Ne tranſire Amnem, & Mansfeldum accedere poſſet.
Noſter Achemburgo ſub noctem Exercitus exit
Darmſtadiam; greſſu Pedites graviore ſequuntur;
Antevolant feſtini Equites, Spatiôque locorum
Diſtractis nimium, & ducentibus otia campo,
Hoſtibus accelerant. Fugiunt, prædamque latrones

Hiſpani ad currus accedunt

Eos evertunt

Durlachij peditum ſtrages: ipſemet ferè captus.

Præda ingens.

Palatinus & Mansfeldius Darmſtadiã perfide diripiunt. 23. Maij

In eos Tillius, Corduba, Anholtius mouent.

Incautos opprimunt.

Proÿciunt pavidi, & Mansfeldo haud mollia portant
Nuntia, Cæſareos ſtructis accedere Caſtris,
Apparêre Globos Equitum, & volitantia ſigna;
Cornipedum audiri fremitum, Lituûmque ſonorem.
,, Somnia, ſubiungit Mansfeldius. Otia longè
,, Hoſtis agit; Vos nempe metus ſtatione, furorve
,, Expulit: actutum redeat quiſque vndè receſſit,
,, Aut ego: ſed aliȷs alios ſuccedere poſtquam
Aſpicit, ac eadem ex vero & graviora referre;
Inſuper & ſocios ſpargi, effugiôque ſalutem
Quærere, iam rabidus mediâ ſeſe abȷcit aulâ,
Irarumque vomit ſpumas, & brachia iactat,
Ardentes volvens oculos, & pectus anhelum.
Deſidiam ipſe ſuam damnans, qui propria ſegnis
Agmina ſervarit, neque nos ſat ſenſerit antè.
Corripiunt manibus (quando ſinit hora locuſque)
Ringentem fremitu famuli, rhedâque reponunt,
Cumq; Palatino abducunt per devia longè.
Quin etiam (indignum) caro cum pignore Princeps
Captivus trahitur curru Lodoicus in Arcem
Darmſtadius. Strident altas raptata citatis
Per ſalebras Carpenta rotis; Exercitus omnis
Errabunda movet trepidus veſtigia circùm.
Qualiter irruerint numero ſi fortè Luporum,
Paſtores, fugiunt demiſſis auribus illi,
Arietem tamen, atque humeris horrentibus Agnum
Compoſitos, curſu nemora inter frondea portant.
Et iam noſter Eques clauſam pervenit ad vrbis
Darmſtadiæ Portam; & potum clamore rogabant
Sputantes cinerem, mixtamq; nigrore ſalivam.
Adſunt officio; & muri de Parte ſupremâ
Funibus incumbunt Cives; vinoq; natantes
Demittunt ſitulas. Modico ſibi mitigat hauſtu
Quiſq; ſitim, ceptoſq; reſumunt ordine curſus:
Extremum donec Frederici apparuit Agmen:
(Quingentos Equites, Pedites ter mille tenebat)
Propter aquam ſtagni tectos, & arundine ſaltûs,
Quò non vlla Equiti ſe dat via. Scilicet omnes

Furit Mansfeldius.

Curru devehitur Manhemium. Item Palatinus & Ludovicus Darmſtadius cum filio captivus

Equites Catholici ad Darmſtadiam

Extremum Palatini agmen aſſequuntur. Fruſtra invadunt pedite deſtituti.

Ruperat

Ruperat, & ruptos Pontes avexerat Hoſtis.
Hinc dein egreſſos premimus, tandemq́ coactos
Aſſequimur nemore in raro. Non arbutus iſthic
Non dumus, non ſentis erat: ſed plurima tantùm
Diſſita procero ſurgebat ſtipite Pinus,
Flectendis locus aptus equis. Invadimus ergo
Tutrices Peditum, & tandem vi rumpimus Alas.
Mox Pedites ipſos; ſimul omnis vulnere, ſylva
Herba rubet, noſter penſatur ſanguine ſudor.
At Pedites, Pugnæ ſi ſeſe in tempore, noſtri
Inſerere, & latebris potuiſſent pellere clauſos.
Mansfeldo ſeriem cladis iam nemo tuliſſet.

In nemore concîdunt

Nunc Marieburga Godefridi Præſulis Arci
Franconiaq́ omni, ferrum flammaſq́ minantem
Brunſuicium, Bœmis veniens Verdugus ab Oris
Terruit, & retro Francfurti ad mœnia pellit.

Halberſtadius ab Herbipoli per Verdugum repellitur.

Verſus at ille, Hocſtam, ſinuoſi in littore Mani
Occupat, & largum multâ ſimul abiete Pontem
Agminibus ſternit, ripâ ulteriore movendis.

Hocſtam ad Mænum occupat.

Nec mora: mox iuncti Verdugus, Anholtius unà,
Et Conſalvus Iber, mecum tranſire parantes
Tormentis primùm, tum deindè repellimus armis.
Fit fuga, fit ſtrages. Pons millia paucula ſervat
Anguſtus numero, Partemq́ effundit in undas.

Ibidem ab Catholicis cæditur 20. Iunij.

Ter fractis ſociorum opibus, totieſque malignis
Diffidens bellis, ſocero auſcultare Britanno
Incipit, & pacis Fredericus poſcere Leges.
Et quas iam modicâ paucas ditione tenebat
Infelix, Anglis tradit Legionibus urbes,
Teutonas emittens; ſacramentôque Tribunos
Liberat, & proprio Mansfeldum nomine, poſthac
Iuſſit in externas Bellum deducere Terras.

Palatinus arma deponit ex Angli conſilio.

Ipſe Sedanenſes ſibi relligione propinquos
Durlachio comitante petit; ubi ſomnia regnant
Calvini, tanquam Cumææ oracula vatis.

Sedanum ſe recipit

At Nothus Alſatias, Halberſtadiuſque Tabernas
Tormentis quatiunt rurſum. Sed fervida rurſum,
Inſtauras tua vota tua Leopolde Mariæ

Mansfeldius & Halberſtadius iterum Tabernas Alſatiæ obſident.

Mantuadem Thalamis admiſerat ipſe ſecundis;
Et Gaborii iam Pace datâ: regalia Sponſæ
Ornamenta nova dabat, Hungariæq; Coronam,
Et ſceptrum, & trabeæ non arti imitabile textum,
Pontifices inter medios, Procerumq; Catervas
Poſonij. Memori dum mente revolvere cæpit
Quot Chriſtus, quot Diva dedit ſibi munera dudum
Armipotens, unôque ſimul præſentia fiunt
Cuncta ſub intuitu; quæque ipſe pericula fûgit,
Quaſq; Acies fregit Victor, quaſq; eruit Arces,
Aut ditione tenet captas. „ Atque ô tibi, Mater,
„ Quid referam, ô noſtri dux invictiſſima Belli?
„ Quas mihi tu parêre ſuis cum Civibus urbes,
„ Quas Gentes facis; ipſe tibi ſervire, tuôque
„ Efficiam Nato, Patrumque ad ſacra reverti:
„ Inſuper, & damnis abigam, exiliôque protervos.

Eam in Hungariæ Reginam coronari iubet Poſonij.

Magna in Hæreticos meditatur.

Hæc reputans, conclave petit, ſcriniôque papyrum
Eximit; aſt animo, quæ ſtet ſententia pennâ
Pingere conanti, tremuit bis terve reluctans
Dextera. Quippe Reis Clementia, forſan acerbum
Quid metuens, nervos illi ſtupefecit inertes,
Ne premere articulos, ne pennam ſtringere poſſet.
Abſtulit at ſubitò remoram, ſolvitque rigorem
Relligio, & nimiùm blandæ indignata ſorori,
Quidquam audere vetat, iamſq; re irrumpere captis.
Et primùm Ducibus, Cæſar. ſua Caſtra ſecutis,
Qui ſortem vicêre fide, virtute laborem,
Præmia deſcribit, villaſque impertit & Arces.
Præſertim Bavaro (fuerat cui carior ipſo
Sanguine Relligio) Friderici ingentia regna,
Atque Palatinos meritò decernit honores.
Deindè Pragâ iubet, & totis exire Boëmum
Et Quadûm, & Moravûm Terris, quicumque Lutheri
Somnia Præcones, per pulpita celſa crepabant.
Quin Cives, Proceresque, niſi hæc deliria ponant,
Concilio excludi Patriæ, officiôque moveri.
Tum ſacras velli monumenta impura per Ædes
Hæreſiarcharum, & Divûm ſimulacra reponi.

Donaria militiæ ſuæ Ducibus diſtribuit.

Bavaro Palatinatum & Electoratum

Iubet Bohemiâ, Moraviâ &c. exire Miniſtros Hæreticos.

Imò & Senatu atque dignitatibus omnes non Catholicos arcet

Intereà

Intereà erecto ſuſpexit lumine Chriſtum
Pariete in adverſo pendentem, atque hoſtibus vltrò
Reis captivis veniam ſcribit. *Donantem veniam, Cælique Vireta, Latroni.*
,, Ingemit; Atque meus ſimul hoſtibus omnia dono,
,, Inquit, & in niveâ notat hæc decreta papyro.
Sollicitas quod vbi captivûm pertigit aures,
Participes quos nempè doli fraudiſque Bohæma
Exilio fuga, vel concluſos carcere nuper
Æquus commerito damnarat funere Iudex;
Fernandum Patriaque Patrem; Gentiſque vocarunt
Delitium Feſtas it plurima Turba per vrbes,
Et Natos trepidæ matres, ſponſaque maritos
Accipiunt, prenſantque manu, ſpectantque tenentque
Et letho ereptos medio, ſub tecta reducunt.
Pauci, queis vivebat adhuc, ſub pectore duro
Fœda ſuperſtitio, clàm ſigna dedêre doloris,
Dejecti tetricos fuſco cum murmure vultus;
Cæſaris iuſſu deiiciuntur variis in Germaniæ vrbibus, ſtatuæ Huſſi, Melanchthonis & aliorum Hæreſiarcharum. *Spectantes ſcalas Templis vncoſque parari,*
Moxque Huſſi calices, & dira Melancthonis altis
Divelli ſimulacra locis, ſtatuâſque locari
Virginis, impoſitâ gaudet Gens cætera Divâ.
Indè Luthericolæ migrant cum conjuge Vates,
Ore, ſupercilio rigidi; diraſq; precantur,
Migrant Hęretici in Varias Terras *Ab quibus abcedant, Populuſq; ſocioſq; reviſunt*
Saxonas, aut alio deluſos vate Sicambros.
ANNVS 1623. *Hæc inter ruit acris hyems, inidonea bello*
Tempeſtas; et iam Rhenana per Oppida noſter
Otia tot Pugnis miles defeſſus agebat.
Mansfeldius in Friſia Orient. copias reficit, Halberſtadius novas colligit. *Non ſic Mansfeldus; non ſic Brunſuicius; ille*
Eoa per agros Friſiæ; hic fraterna per arva,
Saxoniamq; omnem, Legiones vndique cogunt
Ære novas. Venêre Heruli, Venêre Cheruſci,
Spes, Bona Eccleſiæ diripiendi. *Fortuna ſub ſigna brevis, ſperataque pacti*
Præmia, Divicolûm gazas, Divûmque ſepulcra
Et Magna Genitricis opes. Nova gramina campis,
Arboribuſq; comas Veris reparaverat aura;
Quando ſolent ad Bella Acie procedere Reges.
Quando novas cum pelle novâ, tabôque recenti,

Emicat

Digitized by Google

Emicat in Pugnas ſerpens, meliorque iuventâ,
Victrices Aquilas vocat in certamina rurſum.
Agminibus ſic iam denſis armatus, & igne
Ille ſacerdotum Flagrum, iam ferreus armum,
Ferreus ingenium, Partem Brunſuicus in omnem
Huc trahit, ac illuc ſocios: dum denique montes
Vreret, atque Lacus ſtellis flammantibus æſtas.
Nec tantùm fervensve Leo, nec Syrius ardens,
Veſphaliæ nocuere; licet rimam arida paſſim
Atque graves ſylvarum agerent iuga ſumma ruinas,
Et flavas ſicco traherent cum ceſpite Quercus:
Quantùm Halberſtadij, totam vertere cremando,
Agmina Veſphaliam. Vulgò cum culmine Templa
Sacra Deo, Villæque rogis labuntur & vrbes.

Totam VVeſphaliam percurrendo omnia ferro & flãmâ vaſtat.

Vindictæ me invadit amor; ſubit ira, Latronem
Conflictu cohibere; priùs quàm Dives egenæ
Evadat ſpolijs Gentis, Batavoſque reviſat:
Quò ſeſe feſtinus agit. Nam cernere campo,
Emeritiſq; novas negat antè opponere Turmas,
Quàm ſua Mansfeldo coniunxerit Agmina Prædo:

In Hollandiam properat, ibi Mansfeldio iungendus.

A Nos (velut in Circo præeuntes magna manerent
Præmia) conamur ſocios prævertere quiſque,
Et profugum per iniqua Ducem deſertaque longè
Luſtra ſequi. B Intereà vacuo ſeſe obtulit arvo
Agricola, aut fortè Agricolæ ſub imagine, felix
Aliger, Et „curſu Brunſuicum attenditis, inquit,
„Ite animis: ea Caſtra ferent Victricia Palmam,
„Longævus queis ductor erit ſtrictòque Phalanges
„Præcedet gladio: pluma illi parva, Galerus
„Parvus; & audentem bello, non parva ſequetur
„Gloria. Pergebam cultu diverſus ab illo
Cùm me ſignavit monitor. C Sed craſtina primùm
Conflictu decreta dies cùm proſpera fulſit
Talis eram fateor, nec me hæc Oracula, quorum

Inſequuntur Cæſarei.

His victoria prędicitur.

Inſcius

A Tillius cum Exercitu Halberſtadium ad Hollandos fugientem perſequitur dies noctéſque per triginta duo milliaria Germanica.

B Hanc Agricolæ prædictionem refert Veridicus Germ. adducitque teſtimonium Ludovici Comitis Furſtembergenſis.

C 5. Aug. Sacrâ S. Mariæ ad Nives & Sabbatinâ, ſub veſperum Tillius poſtremum Halberſtadij Agmen aſſequitur ad Steinfurtum haud procul Statlona.

Digitized by Google

Inſcius antè fui, ſed fors & idonea curſu
Libertas, talem ſuaſit mihi ſumere cultum.

Aſſequuntur Halberſtadium ad Stalonam 5. Aug. Sacra S. Mariæ ad Nives.

Brunſuici extremas, orto iam veſpere, prima
Cæſareùm videre Acies, quo cœlitus olim
Romæ per nimios & flammei ſideris æſtus,
Hybernas (res mira) Nives pluit optima Chriſti
Mater in Exquiliÿ Partem, quâ nobile cunctis

Pantheon.

Dux Agrippa dys poſuit, de marmore Templum.
Huius ab Auſpiciÿs fortunam, ab nomine magno

Colonia Agrippina.

Agrippina novum fert alma Colonia nomen,
Vrbs vbiûm quondam, pòſt Relligionis & artis
Omnigenæ ſedes, largo decus addita Rheno.
Nunc eſt perfugium miſeris; & plurimus illic
Myſtarum, Agreſtumque gemens convenerat Ordo,
Brunſuici vitans gladios: fuſique per Aras,

Precationes publicæ Coloniæ à fugitiuis, ciuibus & ſodalibus congregationis Marianæ contrà Halberſtadium.

Divæ luce ſacrà repetita in vota Mariam
Vltricem orabant lacrymis; & flammea in illum
Fulmina pro nivibus, tonitrúque immane rogabant.
Hoſtis & acceſſu pariter, cum Prole Parentes
Solliciti, inſtabant Cives avertat ab vrbe
Graſſantem, & tumidum celeſtibus impetat armis.
Accenſas Pueri tædas, tortoſque Puellæ
Intonſæ crines, argentea lilia plenis
„ *Portabant calathis; Ac, ſi tibi munera, Virgo,*
„ *Noſtra placent, noſtri florem ſervare pudoris,*
„ *Prædoneſq; procùl duros arcere memento.*
Sic queſtos miſerans audiÿt Regina Clientes;
Et quaſi nix ſocià durata ruiſſet ab æthrâ,
Vltrici protecta manu. Sic Veſpere primo

Velitationes 5. Aug. Halberſtadianis infauſtæ

E noſtris ſaliens ſclopis, cum murmure & ictu,
In Brunſuiciadum capita, & præcordia grando
Plumbea, fert ſubitum, nuſquam non noxia, Vulnus.
Cædendi ſpatium nox importuna priori
Parte ſui rapuit, ſed poſteriore reduxit.
Cùm nondum noſtris Aurora ruberet in armis,
Brunſuicum aggredimur rurſum; atque laceſſimus vltrò.
Exilit, inque fugam trepidantia Caſtra repentè
Colligit, & Turmis conſtans potioribus Agmen

Digerit

Digerit in fluvij ripâ ulteriore, Catervis
Quâ noſtris iam recta via eſt. Kniffauſius illis
Dux præerat, qui nos promiſerat uſque morari,
Et medio prohibere vado, dum cetera tutis
Caſtra locis conſtent, neque cogi ad prælia poſsint.
Sed vim ſuſtinuit nullam: littuſque reliquit,
Vidit ut ab noſtris iſthuc de colle prealto
Tormentis volitare pilas, comitumque propinquos
Sternere, & ingenti Pubem diffringere ſulco.
Nos fluvium ingredimur denſi, egreſsiq; videmus
(Planitie in magnâ, quam glarea multa tegebat
Statlonæ oppoſitam, mediamque patentibus arvis)
Digeſtas Brunſuici Acies. Simul ordine noſtras
Digerimus; nec enim contraria terruit aura,
Aut numerus. Numerum virtute rependere quiſq;
Tendimus. In dextrum procedit Anholtius, ipſe
In medium moveo, in lævum Laumburgicus Agmen:
Atque repugnantes primùm, tum deinde pavore
Nutantes ſimul incurſu perrumpimus Hoſtes.
Rupta Bredenfordam ſe verſus, Equeſtria fundunt
Agmina, & in medio Peditem certamine linquunt.
Nec precibus quidquam Dux proficit; ipſe galero
Iam ſupplex poſito revocat ſub ſigna ſolutos
Brunſuicus: verùm una procul fuga detulit omnes
Aut ſtravère neci, Hungaridæ Croatæque macheris,
Teutonidæ ſclopis. Bis mille cadavera campum
Æquant ingentem, diffuſaq; mortis imago.
Effugij medio totidem ſternuntur acerbâ
Cæde retrò: quin ſi non hæc mihi cura ſubiſſet,
Præconis ſonitu reliquis ignoſcere, vitam
Qui poſitis peterent armis: quot pignora mæſtis
Matribus, & ſponſos ſponſis lux illa tuliſſet.
Quamquam heu! plus nimio & quantùm prohibere poteſtas
Haud fuit, infrænis ſævijt violentia ferri.
Tunc ſe Halberſtadius Pugnæ ſubduxit iniquæ,
Læſus & ipſe caput; iuvenis ſeſe addidit illi
Turreus, ſortem toties expertus acerbam.
Apparet Campo ſtrages; iuxtáque iacentes,

Kniffauſius ab fluviolo per Tillianos depellitur.

Conflictus ad Statlonam 5. Auguſti luce.

Equites Halberſtadiani diffugiunt.

Brunſuicus nudo capite, ut redeant fruſtra obteſtatur.

Læſus fugit cum Turriano iuniore in Hol.

Cædes

Spe ſignata novâ vexilla; Haſtæque; furoris
Sacrilegi teſtes. Captivûm armenta virorum

Captivi

Torvus agit ſtricto Croatarum Cacula ferro,
Tanquam cogat oves baculo in præſepia Paſtor.
Aſt hac Brunſuici cædes, vicina tenentem
Oppida Mansfeldum, redducere Caſtra repentè

Mansfeldius recedit.

Horrentes iubet in ſaltus; & quærere curſu
Stagnorumque fidem, tremulaſque humore Paludes.
Huc ſequor; atque Nothum cingo, ne fortè prementem
Lipſtadiæ muros Ritbergum, invadere poſſit
Egrediens, & Caſtra ruat ſidentia circùm.

Auriaco oppoſitus Corduba.

Quin etiam, Auriacus ducat ne Hollandica Princeps
Auxilia obſeſſis, cum milite Corduba perſtat

Lipſtadia deditur

Vezaliæ, donec Ritbergo vrbs dedita ceſſit.
Hæc quoque diverſos victoria Cæſaris Hoſtes
Perculit. Innumero Turcarum Examine cincti,

Budeanus ſtyriam invade.
Bethlemus Hungariã cum Turcis

Stiriacos Budeanus agros, Bethlemus inundat
Hungaricos. Totis agit ille incendia campis:
Vrbibus hic etiam Launâ, Tyrnâque potitus;
Indè petit Moravos, Othomannas noſtra per arva,
Comportant lunas, qui ſe quoque nomine iactant
Chriſtiadas, & ſacra petunt Mahometica ſannis.

Eis adſunt Anquendorfus & Turnenſis ſenior

Dexter Aquendorfus | lævus Turrenſis, & ævo
Et Fernandi odio notus Turrenſis in illis
Ductores gemini Caſtris, gnariq; viarum,
Qui tentandi aditus, cingenda vel oppida, monſtrant.

Nigromontius Goedingam in Moraviacũ paucis pro Cæſare tuetur.

Cingitur extemplò Goedinga. Hunc viribus impar
Intulerat ſeſe Nigromontius atque Phalanges
Cæſareûm paucas trans mœnia, ceſpite multo
Texerat, ac vallo ſtagnantem obduxerat vndam.
Nec vis profuerat Bethlemo, accedere coràm
Conanti. Sed longa fames crudele parabat
Supplicium obſeſſis; nam pelli attraxerat artus.
Cum ſubitò per Caſtra oritur Bethlemica rumor,
Quadraginta illuc, duce me, properare virorum
Millia, & ad Pugnam, Bellantum accedere ritu.

Terror Panicus tanquã aduentantis cũ 40000 T[illegible] eos in fugam conjcit.

Hoc tanto rumore Gabor percuſſus equeſtres
Huc illuc iubet ire Globos, qui indagine verum

Explorent.

Digitized by Google

Explorent, videantque oculis, ac viſa reportent
Illi omnes ſibi me viſum, ſibi millia viſa,
Et celerare gradum narrant. Ea fama repentè
Atque ſalutis amor, per turbida Caſtra vagatur.
Attamen inde aberam longè, feſſa Agmina ſpargens
Ad Rheni Ripam, modicum captura quietis;
Dum gelidæ ſineret brumæ rigor; atque per omnem
Teutoniam nullus mihi ſeſe oſtenderet Hoſtis.
Namque Palatini Ditio, nunc tota ſubacta eſt;
Frankdalia vna ſuper reſtat; quæ, Pace ſequeſtrâ,

Franckẽdalia ad menſes octodecim traditur Elizabethæ Belgarum Principi, tanquã ſequeſtræ.

Credita tantiſper fidei pendebat, Eliſæ.
At quis prodigio Gaborem malè perculit iſto:
Quænam Equites, Tillij venientis imago fefellit;
An vultus induta meos, induta meorum,
Æthereæ Ducis imperio, ſeſe obtulit illis.
Aligerûm Legio, vel nos ſimul vna duobus
Præſentes dedit eſſe locis, edicere, noſtræ
Haud opis eſt. Trepidans clàm palabunda reducit
Caſtra Gabor. Sed (quà profugis tranſire neceſſum eſt)
Neuſolio erumpens, Pontes ab flumine vellit
Eſterhaſius, latebriſque in tempore prodit opertis,
Bethlemique agitans Turmas: Pars ſaucia ferro,

Gaborici Goedingã recedentes necãtur ab Eſterhaſio, Reiffenbergio, Præinero, Sevino Cæſareis.

Pars fluvio demerſa ruit, dum tentat ab alto
Ire vado, medijſq; fugam molitur in vndis.
Chriſticolas etiam, quos Turcica Turma trahebat,
Lixarum extorquet manibus, nexuſq; reſolvit.
Hæc audent eadem, qui nomine Cæſaris, vrbes
Finitimas, nemorumque aditus, monteſq; tenebant.
At Gabor indignans, largam bis terve lacerto
Attollit nudo frameam, vultumque reflectens
„ Neuſolij ad muros? Non hac patiemur inulti

Gabor minatur ſeſe primo vere cũ Tartaris rediturum.

„ Exclamat: ſi Turca meæ non ſufficit vnus
„ Vindictæ, Valachos addam, Dacoſque, Scytaſque,
„ Tartaridum Genus, & primo poſt vere revertar.
Has dabat ore minas; neque ſegnius ipſe tegendis
Incubuit Turmis. Verùm, Turcaq; Scytaque

ANNVS 1624
Turcæ & Tartari bellis inter ſe & Polonũ ac Perſam inſuper implicui auxilia Bethlemo denegant

Bethlemo ſervare fidem, ſponſaſque recenter
Suppetias, dare poſſe negant. Nam turbidus ambas

Inter ſe Gentes Mars impulit; inque Polonum
Diverſis ſimul ex cauſſis commôvit utramque,
Victus ubique Acie ceſſit, Campumq; reliquit
Turca amens. Quin Parte aliâ bellator eundem
Perſa petijt, Victorque novam Babylona ſubêgit.
Ergò ſuis iam quiſque timens Dittonibus, omnem
Militiam retinent; & opis ſpe luſus inani,
Pacem Bethlemus Fernandum in tempore poſcit.

Itaque Gabor pacem à Cæſare obtinet.

Pacis amans, Pacem Cæſar dedit; ipſe benignus
Pectore, proſpiciensque animo Bella horrida Princeps,
Quæ coniurati renovabant undique Reges.

Belli Saxonici inſtaurat'o.

ANNVS 1625.

Vna, Palatinus, cauſa eſt; quem ſcilicet oris
Abſtruſum Batavis, patrias reddùcere demum
In Terras vi quiſque parat. ſimul illius ergò,
Hollando egreſſi Portu, vectique per undas
Brunſuicuſque, Nothuſque & Galli littus & Angli
Navigiis tenuêre, freto quos dividit arcto
Oceanus, ſcopulis & tempeſtatibus aſper.

Halberſtadius in Galliam, Mansfeldius in Angliam ex Hollandia pro auxiliis navigant.

Armatam hinc revehunt Pubem; & ſuccurrere Bredæ
(Quam dudum Hiſpani Vallo cinxêre ſuperbo)
Certarunt tandem Batavo cum milite fruſtra.

Bredanis fruſtrà conātur ſuccurrere

Saxoniam repetunt, ubi Rex Verdenſia Danus
Agminibus tegit arva novis. Hic fœderis auctor,
Hic multas Acies præſens, ductorq; trahebat
Principibus ſeptus, quos Bella improſpera dudum
Diſtulerant procul à Patriâ; quin omnis eidem
Saxonici ſocium ſeſe addidit Incola Tractus.

Danus Belli Saxonici caput.

Tota Interior Saxonia coniurat.

Quamquam non Pugnæ, ſed finibus arma tuendis
Corripere, & Bellum ſpectare, haud ducere fingunt.
Tot cinctus ſocijs, urbes Rex, atque Viſurgim
Præſidijs firmat, Nothus & Brunſuicius Albim.

Rex ad Viſurgim, Halberſtadius & Mānsfeldius ad Albim conſident.

His, ſe Fridlandum; Regi, me opponere iuſſit
Cæſar, & (uſque memor quantùm ſibi rebus in arctis
Religio, occurrenſque novis fiducia damnis
Profuerit toties, & opem donârit egenti)
Terruit Auſtriacos, quorum ſub corde Lutherus
Vivit adhuc; & Bella minax indicere cæpit
Hæreſeon monſtris, Cœtuſque vetare profanos.

Cæſaris Edicta pro Religione.

Proſci-

Proſpiciebat enim, quantos vulgata, protervis
Præſertim Agricolis pareret Lex illa tumultûs,
Quos pridem in cædes & prælia dura, Magiſtri
Egit amor. Sed iam precibuſque miniſque rogarunt
Fernandum, vt facili queſtûs admitteret aure,
Supplicibuſque bonus durum Diploma levaret.
Fortè aderat Patri, Patris de nomine, Princeps
Fernandus, rebus iam tum maturus agendis:
Exuperanſque animo virides, ac viribus, annos.
Cui ſuus vt ſanctâ pro Relligione ſeverum
Exemplum factis Genitor daret, arma minantes
Reppulit Agricolas: ſummâ ceu Nauta quietus Sed fruſtrà.
Puppe ſedet, quamquam ſpumas & murmura Ponti
Cernens, atque, Brevi venturos æſtimat Euros:
Nec novit pallere, ſuâ dum luce, ſedentis
Exhilarat Cynoſura oculos, ac dente tenaci
In fundum demiſſa ratem gravis anchora firmat.
Sic ſtatuit ſpes ille ſuas in Virgine Divâ
Propitiâ dudum Divâ. Mox plurimus illi
Aligerûm Cœlo Cœtus ſubriſit ab alto:
Et ſolio ſuprema ſedens Regina nitenti,
Suppetias Patri, ſed Nato Inſignia Regni
Arbitra Pannonici, & Patrios decernit Honores.
Decretos Gens læta dedit; Regemque creavit Ferdinandus III coronatur Hungariæ Rex 8 Decembr. Immacul. Concept. Deipar. Sacrâ.
Fernando Genitum, & gratatur voce Triumphos,
Corda movente Deâ, Terris dum redderet Annus
Feſtâ Luce diem, quâ mens puriſſima Magnæ
Virginis, in Matris quondam deſcenderat alvum,
Ceu nitidus cœno flos naſcitur; aut vbi ſolis
Incidit in fimum radius, fuliginis expers.
Aſt in Saxoniam, dilapſa à culmine cæli Tillius in Saxoniâ contrà Danum
Aligerûm, mea deſcendunt ad Caſtra, Cohortes:
Et ferrugineo noſtrorum pectora rore
Ad grave Martis opus, mittendaque vulnera durant,
Chriſtiparæ nempe admonitu, eventuque ſecundo.
Namque ingens animis orto Rex veſpere Danus, Hic in foſſam præceps ferè opprimitur ad Hamelham
Excubias luſtrabat eques, numerumq́; ſuorum
Hammeliæ ad muros: ſtabatq́; crepidine valli

Neſcius ipſe cavâ, nitrati vbi pulveris vrnæ
Cannabiniq́; intus funes defoſſa latebant.
Cùm ſubitò fragiles equitantis pondere, fractæ
Subſidunt ſonitu Tabulæ, penituſq́; profundè
Cornipedem Regemq́; trahunt, verſantq́; ruinâ
Præcipitem in foſſam. Ruptis cervicibus efflat
Exanimis Verdam reportatur.
Ille animam; at vix ſpirantem auraſq́; trahentem
Inveniunt ſubtus Regem, Verdamque reportant
Seminecem, ſequitur pallens Exercitus iſthuc.
Leopardi tres Daniæ Regis inſigne
Pardorum veluti, læſo Duce, diffugit, Agmen
Omne metu, caudaſq́; vtero ſubmittit inertes,
Reſpectans, ne fortè premens retrò incubet Hoſtis.
Hammelia & aliæ ad viſurgim vrbes Tillio deduntur.
Hammelia admittit iam me: Mox ipſe viſurgim,
Albim Fridlandus, ſequimur, deſcendit & ipſis
Proſpera cum fluvijs, læto victoria curſu.
Neoburgo cum clade recedere cogitur.
Vna mihi Neoburga mora eſt: cum clade repulſus
Haud ſemel hinc abeo, atque aliò noſtra Agmina verto;
Iamque vrbes fratrum, (fatis melioribus vſi)
Hinc ego Brunſuici dextrâ, Valſtinius indè
Lævâ, Halberſtadij Bello penetramus vterque.
Nec mora, Fernandi fortuna exterruit illas,
Terruit & Campis Hoſtem. Iam vulnere ſanus
Hannobrias Rex propter aquas ſua Caſtra locarat.
Atque aliquam Partem fluvij diſcrimine parvo,
Ab reliquis modicâ Leeni, ſeiunxerat vndâ.
Partem Caſtrorum Daniæ regis ad Hammeliam opprimit.
Imus in hanc taciti per noctem; & milite furtim
Cingimus. Indè peto Pontem, quo deinde potitus,
Tutores appono Globos. Hi quando repellunt
Confertam Danorum Aciem, (quæ protinus illos
Prodibat curſu contrà, Pontemque petebat)
Irruimus retro; cadit Altemburgus, & vnà
Sexcenti Campo Dani ſternuntur eodem.
Ductor Obertrautus (quem vulnera plurima tardant)
Noſtrorum manibus curru importatus, anhelam
Effudit moriens animam, Terraſque reliquit.
ANNVS 1626.
Vlturus Danos, & vi Mansfeldus & aſtu
Daſſaviæ Pontem aſſilijt: ſed fida repugnat
Cæſareûm Legio. At certus perrumpere, rurſum,

Ille

Digitized by Google

Ille redit; multâque locum cum Pube coronat.
Suenones Hollandis adiuncti, Teutones Anglis,
Diſperſi in Turmas ſtationem quique tenebant.

Mansfeldij clades ad Daſſauiæ pontem per Fridlandium.

Sed retrò incubuit veniens Fridlandus,& omnem
Diſtulit hunc numerum;inque fugam convertit,equeſtres
Poſt pugnæ momenta,Acies, dubiumque laborem.
Auſi præcipuè Pugnam producere Campo,
Ceduntur Pedites fortiſſima millia Belgæ;
Ninoviuſque illis Ductor datus: ipſe reclinis
Pallentes oculos dextrà , lævâque rotabat,
Si quis opem lapſo ferret : ſed abiverat arvo,
Brandburgam celer vſque fugâ Mansfeldus in vrbem.

Eiuſdem cum Dani & Io Ern. VVeimario in Sileſiã & Hungariam tranſitus.

Hic ſibi ſpe attollens animum, fortiſque malignæ
Relliquias,relegit ſparſos , cogitque recentes
Danorum Nothus ipſe Globos. Vinarius addit
Ipſe ſuos, atque arva petunt Sileſitica longè:
Indè novaturi bellum, ſociaſque daturi
Auſtriacis Gaborique manus. Fridlandius inſtat,
Terga premens; inſtat nigris mors pallida pennis,
Vecta volantis equi,& ſpirantis funera,dorſo.

Bellum Tranſſylvanicum III.

Halberſtadius moritur VVolfonbutelæ.

Hæc Halberſtadium crocea inter ſtragula nuper
Fixerat ardentem febri,& torquentibus extis,
Mittentem (monſtrum !) ſpiris ingentibus Anguem.

Mansfeldius in Boſniâ dum ad venetos tendit

Mox Halberſtadij ſocios rapit illa viciſſim;
Et profugi ſi fors Mansfedi , ignobile Fatum
Quæritis:vt Gaboris nil iam procedere Pugnas,
Atque à Fernando Pacem clàm poſcere ſenſit,
(Bethlemi nam Caſtra lues , & triſte venenum
Vaſtat,& Armigeros fato importuna reſolvit)
Primùm ingens animum cepit dolor, inque medullas
Inque artus,ſerpit corrupto ſanguine tabes.
Sed neque Bethlemo iam fidere. Protinus ergò
Paucis cinctus abit famulis,per Boſnidos Oram,
Ad Venetos,comes at medio iam deficit illum
Languor edax curſu, & tuguri ſub paupere tecto
Eluctantem animam mortalibus eximit auris.

Io. Ern. VVeymarius in Hungariâ.

Privatus ſocio, curiſq. pereſus iiſdem,
Militiamque trahens laceram,vitamque per agros

Hungari-

Hungaridûm, fato Erneſtus decedit eodem;
(Plurima Mansfeldo ſimilis) Vinarius. At non
Vt belli morbique genus, ſic denique dura
Vnus vtrique locus mortis, tumuluſque ſepulto.

Pax Cæſarem inter & Gaborem.

Intereà exorat Pacem Bethlemus. At acres

Bellum Auſtriacũ II.

Auſtriaci accendunt iras, & cernere malunt
Agricolæ Campo: namque illos concitat armis,
A *Ruſticus ipſe, ingens animoque humeriſque, ſodales*
Exuperans, ſolituſque Apros Dux figere Telo,
Sternere vel pugno, gemina inter cornua, Taurum.
Iamque Onaſi cunctas, victricia ſigna, per vrbes

Ruſtici Lintziam obſident.

Protulerat ferus; & Fernando Lintzia ſtabat
Vna ſupèr, quam mox facili obſidione coronat,
Ceu vepribus cingat flexis, & ſentibus Hortum.
At non ſic facilis pergit; quippè impetus vſu,
Arte animus potior. Muralis machina (quales
Diſpoſitas alto defenſor ab aggere multas

Eorum Dux occiſus.

Laxat Hebendorfus) plumbi cum pondere, dextrum
Crus immane illi rapuit, vitamque per auras.

Ab Læbelio repellũtur.

Accelerat, (qui Caſtra procul, nec magna regebat
Cæſareûm) Agricolas contra; ſimul vltima carpens
Agmina Læbelius, ceptâ obſidione repellit.
Nil fracti, Fabrumq́; Ducem, totamque ſub armis

Redeunt ad centum millia & iterũ obſidẽt

Conſtituunt Gentem; coëunt iam millia centum,
Atque iterum notam concludunt arctiùs vrbem.
Ergò animumque, manumque dolo, tot millibus impar,
Vertit Hebendorfus. Grandem quâ parte propinquâ,
Ipſius ante vrbis conſpectum, hoſtilia ſummo
Exploſa abſtulerant muro Tormenta ruinam;
Et ſimulare ſuos terrorem, & cedere retrò
Iuſſit, & in tutos ſeſe conferre receptus.

Hebendorfi Præfecti ſtratagemate cæduntur.

Agricolæ adrepunt conferti; & mœnia ſcalis
Inſiliunt. Verum Defenſor ab Arce, repentè
Tormentis ſclopiſq́; tonat, ſternitq́ue frementes
Lætitiâ. Erumpunt latebris, reliquoſq́ue trucidant
Occulti Iuvenes, & mænia cædibus augent.

Ruricolûm

A Primus Ruſticorum Auſtriacorum Dux, Stephanus Fadingerus Agricola; Secundus, Achatius VVillingerus Faber vel Sutor; Tertius, Scholaſticus quidam animoſus & ſtudiis excultus Laur. Auſtr.

Digitized by Google

Ruricolûm Dux Caſtra rapit, longéque patenti
Circuitu locat, obſeſſi quo mittere glandes,
Quò non ipſe tuas Papenheme inferre Phalanges,
Auxilio adveniens; clauſiſque accedere poſſis.

Caſtra longiùs ab vrbe diſponunt.

Tendere ſed fluvio ſimulans, huc ſcilicet omnes
Allicis; at tacitè, per ſylvam abs Hoſte relictam,
Tendis ad obſeſſos tacitè, nec protinus Hoſtem
Confiſum numero invadis. Victoria prima eſt
Ardentes fregiſſe morâ. Simul ignea virtus
Languerat, premis incantos; ſed pelle ſupremâ
Exceptæ glandes, ſummiſve in veſtibus hærent.
Ipſe globum ingentem medio Dux pectore geſſit
Illeſus, tantumque impulſu in terga reſedit;
Et ſubitò repetit Pugnam; nam vulnera contra,
Collecta ad Lunam, & cantata aconita ſupremis
Vnguibus indiderant, aut veſti adſuta gerebant
Interiùs. Sacrâ ſed Cortembacchius vndâ
Aſperſam glandem, Fabri diſploſit in alvum.
Glans altè ingreditur, penituſq; per ilia tendit.
Ille ictu titubat, nec ſeſe credidit antè
Lædi poſſe magus, quàm miſſo ſanguinis amne
Deficiens ruit, & per plagam vita receſſit.

Papenhemius ſtratagemate obſeſſis ſuccurrit.

Ruſtici invulnerabiles

Eorum Dux globo aquâ luſtrali aſperſo per Cordembacchium occiditur Verid. Germ.

Pro Fabro Legêre Ducem bellique magiſtrum,
Agricolæ Iuvenem; quem blanda per otia Muſæ
Nutrivêre diu, & doctas coluère per artes.
Spiritus illi ingens, & par facundia linguæ,
Et promptum exemplo pectus. Iam pulcra loquentis
Hortatu ad Pugnam redeunt, dextrâque repellunt
Lœbelium; largo diſcedunt agmina ſulco
Cæſarea; at levâ, perſtans Papenheme, repugnas
Intrepidè, & primâ ſpirantem immania bella
Fronte Ducem cingiſque armis, vivumque prehenſus.
Quamquam ô! has meliùs Pugnas Godefride referres,
Queis præſens, queis auctor eras. Cum milite raro
Dividis innumeros Acie, vitamq; peroſos
Opprimis antè quater, quàm candida cornua Lunæ
Cerneret, & vacua, & curſu reparata November.
Protinus accipiunt Fernandia juſſa rebelles;

Scholaſticus ei ſubſtituitur.

Qui Cæſarianorum Aciē, diſſipat primò.

Tum ipſe à Papenhemio comprehenditur.

Hic Ruſticos intra menſem quater cædit.

Digitized by Google

Mutavère ſolum pauci, & formidine pœna
Ad danos fugère procul, laceraſq́ Cohortes
Supplerunt Regis, quem ductu Virginis, arvis
Ad Lotheram expuleram dubia certamine nuper.

Tillius Nindam vi expugnat & Gottingam obſidet.

Poſtquam vi Mindæ *murum ſuperavimus urbis,*
Armigeroſq́ neci dedimus ſponſaſq́, viroſq́:
(Uſque adeo fuit implacabilis ira meorum)
Gottingam aggredior ductio circumdare Vallo..

Danus Calembergam

Quod ne perſiciam, tendit Rex cingere multâ
Pube Calembergam: ſed enim me credidit iſthuc
Caſtra reducturum; ſed Furſtemberge trucidas

Cum clade per Furſtēbergium repellitur.

Agmine ſub primo Stolbergum, Equiteſque cruentâ
Sexcentos extendis humo, Regemque repellis.
Ille dolens hac ſtrage, poteſt quæ maxima raptim

Gottinga Tillio deditur.

Caſtra legit; meque urbe paras depellere cinctâ,
Quam tamen obſeſſi mihi laxavère, prius quam
Rex medio adveniens, vicinaque tenderet arva.

Rex Duderſtadiam obſidet.

Ergò Duderſtadia muros, ſua Caſtra retorquens,
Pulſat: & acceſſu ſubito fugit ille meorum.

Tillij aduentu recedit ad Lotheram

Conſequimur variâ carpentes Agmina Pugnâ
Ad Lotheram, ignoti Lotheram tunc nominis Arcem,
Poſt magni notam Belli. Rex protinus omnes
Traxerat huc Turmas, quas nunc ipſumque pudebat
Accidi toties, retroque fugacia noſtris
Terga dare. Obvertunt vultus, & craſtina Campo
Prælia diſponunt. Et Rex, „ Numerone ſequentum,
„ Cedimus, aut animo? quin hoc ſuperamus ut illo,
„ Si lubet: en plures, inquit; Turmæque virique
„ Adſumus: aut ſi abijt virtus longeq́ receſſit,
„ Hanc factis revocabo meis. Sic fatus in arvis,
Quaſque ſua ſtatione iubet durare Phalanges.
Ipſe meas, haud Hoſte procul, diſcrimine parvo,
Conſtituo; & quantùm ſeſe internoſcere poſſent

Excubitorum ab vtriſque Caſtris colloquiū Ver. Germ.

Extremi vigiles, alternaq́ diſcere verba.
Et Campo duo conſtiterant, hinc Cimber, & illinc
Teuto, ut militiæ ſic Relligionis ab illo
Diverſus, noctiſque horas ſermone levabant,
Pace datâ. Splendebat Luna, & Teutona Cimber

Ludibrio,

Digitized by Google

Ludibrio, & ſannâ ſtrictim mordace rogabat,
,, O Iuvenis, niſi me fallunt mea lumina, cerno

Daniel in Deiparam iocus

,, Currentes hinc inde viros, qui propria veſtris
,, Imperio ſignant Turmis loca: tota tumultu
,, Caſtra fremunt, ſeſeq; Acies in Prælia denſant.
,, Aſt ubi, quidve agitat, veſtri Dux Femina Belli?
,, Qua ſtatione Maria hæret, quæ ſpicula tractat?
,, Exacuit gladios torvâ ſub caſſide, Teuto
,, Subiunxit. Quibus exacuat te prima docebit
,, Orta dies, & manè ſcies quid nocte pararit

Salſum Tilliani reſponſum.

,, Fœmina Bellipotens, quantumq; virilibus armis,
,, Lingua cote polita tua, muliebria præſtent.
Hæc monſtrum reſponſa probat: ſimul aëre claro

Gladius in aëre nocttu conſpicitur cuſpide in Danos, capulo ad Tillianos converſo. Tannerus tom. 3. q. 2. diſp. 4.

Flammeus affulſit Gladius, totuſq; rubenti
Luce minax, aciem Danis obvertere viſus,
Cæſareis capulum, atque Hoſti portendere mortem.
Erigimus mentes Portento, & Teſſera nobis
SANCTA MARIA fuit: iam Lucifer Aſtra fugarat,
Perque leves aderant, Belli præludia, flictus:
Ipſe memor pugnare nefas, niſi victima placet
Antè Deum, iubeo de more litare Tonanti
Belligero Myſtam, & robur depoſcere Cælo.
Ara fuit currus: detractâ caſſide iuxtà

Sacrum in rheda.

Nixus utroque genu, patulas ago vota per auras.
Pro votis, vigor in noſtros clàm depluit artus,

Conflictus ad Lotheram.

Contemptuſq; necis. Sed enim virtutis egebat
Iam meus, ætheræ, miles. Quater impete facto
Extuderant ſc'opos, dederantque tonitrua, Cymbrûm
Cæſreûmque Acies; quater æquis cædibus anceps

Anceps victoria.

Hæſit, & in medio victoria lenta pependit.
Ecce mihi triſtis nimiùm ac inſueta videri,
Obijcitur ſpecies: Noſtrorum exercita bellis
Vincere tam facilis, quàm cedere neſcia retrò,
Verſa Phalanx Equitum ſenſim ad Tormenta redibat,

Quatuor Tilliarorũ equitum legiones retrocedunt.

Rege premente latus; nudoque obiecerat arvo
Danorum gladijs Peditem, qui pectore quamquam
Ipſe repugnabat forti, tamen hoſtibus impar
Inclinari Acie, & tantæ ſuccumbere moli

Cæperat, inclamans, Equitum trepida agmina fruſtra.

Tillius ſacro in rhedâ peracto ad pedites deſertos accurrit

Quid facerem? ad Pedites laxis feſtinus habenis
Inſero me medium, palmaſque per aëra tendo,
„ Diva, Deuſque fave. Curtum eximo protinus enſem,

Tillius militum pater

Reſtituoque meos. „ Pater ô! Pater ibimus omnes
Ingeminant, iurantque mori vel vincere mecum.
Vincere iam facile eſt cui vires ſufficit æther.
Irruimus Danis, mactamus, vincimus; addit
Se Pediti regreſſus Eques, modicumque probroſi
Dedecus abceſſûs, per facta ingentia penſat.

Cædes Danorum.

Conſilio abceſſiſſe putes, vt fortior hoſti
Ingrueret rediens, Nequidquam ſiſtere ſudat
Rex precibuſq́, miniſq́; fugam, caſuſque ſuorum.

Fuga inutilis.

Nuſquam tuta ſalus; nemora inter, & arbuta tecti,
Figuntur gladijs; auſi conſcendere conos
Abietum ingentes, nitratis glandibus, inſtar
Deijciuntur avis; plaga vndique, & vndique mortes,
Captivûmque greges, & Danica gaza per agros.

28. Aug. Ferd. 2. fortunata

Iſtam Fernandi ſocij dedit annua Palmam
Faſtis digna dies, quæ quondam ad littora Mæni,
Francfurti ſummos illi decrêrat Honores
Extremo ſub menſe; ſuo quem nomine ſignat
Auguſtus Cæſar; quem virginis atque Leonis
Incendit radijs Menſem; auguſtoque benignos
Fernando, voluit Numen deducere ſoles,

ANNVS 1627
Rex iterum albim poſſidet.

Ceu præſens, ceu deinde ſequens teſtabitur Annus.
Poſtquam ſparſa fugâ collegerat Agmina Cimber,
Saxonidûm vaſtavit Agros, noſtriſq́; frequenter
Diſcurrens, potuit prædas avertere Caſtris,
Quando novis nondum ſpicis flaveſceret Æſtas.
Diviſis ſed enim Turmis, Brunſuicidas Arces,
Impoſitaſque vrbes fluvijs, atque Albis vtrumque
Aggeribus littus, medio illas Ponte; tenebat.

Cæſareos commeatu ſpoliat

Hinc nobis & lenta fames, macieſque, dolorque,
Vinci (turpe) fame, quos nondum ferrea belli
Vincere vis potuit; noſtras ſubit ira catervas
Ferro aperire viam, & victum ſibi quærere ferro.
Tum me Turba Ducum circumſtetit; atque popoſcit,

Vt

Vt fluvium tentare armis, & pellere Danos
Obſtantes liceat. Quamquam eſt res viribus ingens;
Annuo; & Auroræ prima ante crepuſcula, cymbæ
Impoſiti tranant per tuta ſilentia flumen
Cæſarei, ripamque tenent, & lintre reductâ
Mox alij alijque: fugit conterritus Hoſtis,
Et iunctum Ponti Caſtrum cum Ponte relinquit.

Qui demum Albim magna virtute Danis eripiunt 10. Aug.

Et nos, felici dum marte ſubegimus Albim;
Fridlandus Viadrum ſubigit, Turmasq. repellit
Danorum reliquas, quas (Veimarïoque, Nothoque
Extinctis) dudum Sileſita per Arva trahebant
Ranzovius, Bellique Duces, rerumque magiſtri
Bandiſius, atque furens Miſlavius: vnde retruſi,
Durlachidem (dudum Pugnis inglorius ille
Rura Mikelburgi lectâ cum Pube tenebat.)
Brandburgi per Agros, Meidburgiaque Arva repentè
Accelerant. Sequitur Fridlandus, atque Merōdi
Incurſu ſtitit, & magnâ cum ſtrage repreſſit.

Fridlandus ad Oderā in Sileſiā Danos profligat.

Fuga elapſi ad March. Durlacenſem concedunt per Brand. & Magdeb. Tractum.

Eos capit Merodius.

Victor, Caſtra meis iungit: iuncti, Oppida bello
Quærimus, & Cimbris pariter procedimus arvis,
Quæ notas Pacis ſtudiis, & mercibus vrbes,
Lubecam, Hamburgamque ſecant. Nil fraudis amicæ
Intulimus Genti. Simul hinc vndantibus, omnis
Regis Ager patet, atque auſi defendere Crempam
Durlachides, Bremam Nerbrottus; vterque repentè
Alter Anholtini, Schlikij conciditur alter
Viribus, & vitam profugi per flumina quærunt.
Stant deſerta illis Tormenta, abiectaque Regis
Serica ſigna iacent rubeiſque cadavera Campis.

Fridlandus & Tillius Caſtra iungunt

14 Septembris.
28. Novembris.

Cimbrica iam noſtris ſe Gerſôneſus, & omnis
Iuthia, & Holſatidûm Tellus ſubiecerat armis.
Tres tantùm avulſæ Terris, diſcrimine Ponti
Inſulæ, & incultis Regio Norvegia ſylvis
Ipſa freto diſcreta, vetant perrumpere Noſtros,
Nam naves deerant, nec tendere iam licet vltrà.

Totam Cimbricam Cherſoneſum &c. occupant.

Iam Regem ſocij Regis, Brunſuicus, & Haſſus,
Holſatuſque adeò (Regis licet ipſe ſororem
Coniugio nuper tanto dignatus, haberet)

Rex ab confœderatis deſeritur.

Vtiliter

Viiliter linquunt, & Danica fœdera damnant:
Attamen his meliùs Dux Lunæburgicus antè
Deſeruit Cimbri iam primà ab origine belli,
Mecum in Saxonicos auſus pugnare, propinqui
Quamvis ingruerent eius ditionibus Hoſtes.

ANNVS 1628. Stada Tillio deditur.

At coniuratas vrbes, aut vertimus armis,
Aut longo atterimus vallo. Mihi denique ſtadam
Morganus pandit, cumulos vbi cogit arenæ
Congrediens Albi Oceanus; nec littore Thetis
Tot cumulat conchas, tot picto corpore cancros,
Quot bona Fernando dedit his labentibus annis
Magna Parens. Reliquas ad Baltica littora Bello

Pomerania, & Mekelburgica Fridlando.

Aut Belli terrore adigit Fridlandius vrbes,
Cæſaris ad iuſſus. Ceſſit Viſmaria, ceſſit
Roſtochium, longôque omnis Pomerania Tractu.

Stralſunda ſe tuetur

Vna moram fecit Stralſunda, & nixa duorum
Suppetijs Regum (magnis quæ navibus iſthuc
Per Mare quiſque ſuum, Cimberq́; Gothuſque frequenter
Intulerant) Turmas Fridlandi interrita luſit.
Hic demùm fortuna ſtetit, quæ Montis ab Albi
Culmine prodierat, longo pulcherrima curſu
Teutonici vſque Maris fluctus, vſque Oſtia Rheni,
Chriſtiparæ ductu: cui iam pro munere tanto,
Acturus grates, tendit cum Coniuge Cæſar,

Templum S Mariæ à Victoria, in Monte Albo ad Pragam, per Ferdinandum II. conditur.

Et tota cum Prole Pragam; Templumque MARIÆ
VICTRICI, hoc Montis ſupremo in vertice ponit,
Digna ſuæ monumenta Duci. Dein Regia ſponſæ,

Coronātur Pragæ & Auguſta, & Ferdinandus III.

Inſuper & Nato (ſua quem velocior annis,
Imperio pridem ſapientia fecerat aptum)
Contulit ornamenta Pragæ; faſceſq́; Bohemos.

ANNVS 1629.

Tum Cimbro Pacem, & latiſſima reddidit arva
„ Munificus Cæſar. Pax eſt pretioſior arvis,
„ Et fines proferre, minus, quàm reddere victo.

Pax & ditio Dano reddita.

Quamquam illam magno ſuaſit quoque concita Bello

Bellum Mantuanum.

Mantua, Teutonicis inimica heu Mantua rebus.
Noſter eo quando numeroſa per Agmina Miles
Abſtrahitur, Bellum Suecus ſimul incipit ingens,
In parteſque vocat Gaborem; quid namq́; pararet,

Adueniens

Digitized by Google

Aduenieņs hydrops, & mors improvida preſſit;
Sed Pacis retinens, voluit moriturus haberi:
Fernando legat tabulis dum dona ſupremis.
At Gaboris nil Suecus eget; ſat Teutones illi
Conſilio auxiliôque aderunt. Vix Prædia Cæſar
Sacris rapta viris, Arceſque vrbeſq; ſeuero
Iuſſerat Edicto reddi; cùm protinus omnes
Inſurgunt animis, atque arcto fœdere contrà.
Hæc magni ſcintilla Rogi fuit; indè per amplam
Teutonidem, nondum ſopita incendia gliſcunt.
„ *Reddere quàm durum eſt, quæ quis poſſederit antè,*
„ *Fas, quamquam legeſque iubent: Violenta tyrannis*
„ *Eſt, aliena frui, raptiſque aſſueta libido.*
Edicto parent hinc Francones, indè Suëvi;
Quiq; colunt ripas Cerere, Bacchoque madentes
Neccaris, & Rheni. Nam Furſtembergius arma
Vimque minax monſtrat, ſi cedere ſponte recuſant.
At quibus & Pelagi, & Suecæ confinia Gentis
Addiderant animum, vi vimque repellere ſuaſit:
Sarmaticos Suëcoſque inter, ſex Fœdus ad annos
Otiaque Armorum pangunt; belliſque ſolutum,
Teutonica extimulant Guſtavum ad Prælia Regem.
Stralſundam petit ergo Mari; Veſtigia primùm
(Fernandum demum aggrediens) ibi fixit Adolphus.
Sic Diva narrabat opem, Pugnaſque, Parentis
Tillius & longo noctem ſermone trahebat:
Officio functi Caſtra ad Medburgica, donec
Exploratores redeunt, referuntq; Suëco
Quis numerus, quæ vis animi, & fiducia Belli.

Mors Bethlemi Gaboris.

Edictum pro reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum.

Mandatur executioni in Franconia per Cõmiſſarios Cæſareos.

Inducię Sexennales Polonum inter & Suecum.

Suecus ad Stralſundã.

Exploratores ad Tilium reduces.

Digitized by Google

LIBRI SEXTI

Argumentum.

MAgdeburgi euerſione, (antè denarratâ) ſuccuti cœpit Guſtavi Adolphi Regis fortuna. Fama certè nonnihil inclinari viſa eſt; dum tantam in ſuccurrendo amiciſſimæ vrbi moram, ſociorum haud pauci, vel imbecillitatis, vel puſillanimitatis damnarent. Vtrauis nota, eius nomen inquinabat: quam etſi publicato ſtatim, Apologo purgare niſus eſt; nihilominus timebant Sueci, ſperabantque Cæſarei, eventurum brevi, vt ipſe Germaniâ vel depelleretur, vel ſponte cederet. Sed alia Deo conſilia inerant, volenti Regem, Imperij intima penetrare victoriis. Quippe ita caſtigatum iri corruptos Gentis, & Militiæ mores; & Ferdinando Cæſari, Patientiæ acuendæ; Guſtavo autem, Catholicæ Religionis agnoſcendæ, atque in Sueciam reportandæ, occaſionem, interea obventuram. Cùm enim hic inſcitiâ magis quàm contumaciâ illam odiſſet; atque educatione potiùs perverſâ, quàm ſponte ferretur in Hæreſim, ſpes erat eius pulchritudinem & veritatem, ex ipſius præſentiâ æſtimaturum, ſi coràm ſpectaſſet. Igitur rediretne in Sueciam, an contrà in Germaniâ hæreret, anxio, mens ad hærendum iniecta eſt: ſuſtinendumque interea Bellum, dum, deindè valentior poſſet inferre. Caſtra ergo in Vetere Brādenburgici Marchiâ, ad Havelam ſita, Hornio & Baudiſſio tradit, edicens ſedulò, ne offerant Tillio conflictum, admitterentve niſi coacti. At ne cogantur, communibus ſtudiis operiſque, impensè caveant, dum ipſe copias eò reliquas longè adduxerit. Illæ, ad Grypsvvaldiam, in Pomeraniæ extremo conſidebant, vrgebántque obſidionem. At deditionem magno æris & temporis damno dilatam, accelerare Rex præſentiâ volebat, quam vix expectarunt, nedum ſuſtinuerunt obſeſſi. Tantus fuit advenientis eius (qui tamen cum Magdeburgo nuper proſtratus videbatur) terror, vel fortuna. Stetinum vſque Pomeraniæ Matrem, è Marchiâ progreſſus, ſubſidiarias è Sueciâ Legiones, mari per coniugem Reginam advectas lætus excepit; & Pomeraniâ iam ferè omni Cæſareis erepta; in ereptam quoque Megalopolim (Roſthocium enim illi atque Viſmariam modò tenebant) excurrit; Duceſque illic duos ac fratres, à

Cæſare

Cæſare exauctorato;,celebri ritu reſtituit. Inde, Copijs auctus, redit ad Caſtra, quæ à priori ſtatione ad commodiorem, ipſumque, Havelæ in Albim influentis, angulum deportat. Adverſus illum ex Huſſia propè ſubacta Tillius Agmina ſua convertit; & deſperato in eum conflictu (ſeſe enim Rex, certamini nondum maturus, continebat) Miſniam vaſtat; Lypſiamque, & alia Oppida ad deditionem cogit. Saxo, Patrimonij dãnis accenſus, ſuas Regi Copias adiungit: & vnà in Tillium tendunt. Cõflictum hic primò defugere obſtinatè, tum numeri iniquitate, tum loci. Dein, ſociorum impulſu, & iam longiùs progreſſorum periculo, ac velut neceſſitate admittere. Et principiò quidem, Saxonis Caſtra profligavit, mox ipſe à Rege profligandus; & per prodigij ſpeciem ab nece inter equitandum ſervatus eſt. Accepit tamen levem brachio & humero plagam; at Germania, graviorem, quæ in medias Imperij fibras perlata per miſerabilem ſacrarum prophanarumque rerum corruptionem, nondum coaluit.

LIBER VI.

S. Michaël.

ALiger at ſummo Mariani in culmine Templi,
(Teutoniæ ante omnes Terras ſub Virgine Divâ
Arbiter, & ſcelerum vindex vltorq; malorum)
Stat Michaël, ardens oculis, & corpore toto
Æneus; & quantus pridem, qualiſque videri
Suetus erat; quoties ſeſe olim fortè Prophetis
Spectandum dedit. At ſolitis nunc addidit armis
Symbola Reginæ, cui militat, atque colorem
Virgineum: niveas auratâ in Caſſide criſtas,
Candidulaſque humeris alas, byſſique nitentis
Adſtrictum anteriùs baltheum, retroq; fluentem.
Quin ſagulum zephyro textum, & penetrabile luci;
Loricam ſuper induerat; iamque æra per illud
Tranſlucent, nec fulgor hebet, nec carpitur vmbrâ.
Per nebulam veluti tenuem, vel ſtamen arachne
Arboribus tenſum geminis, ſi purus aperto
Sol ſeſe inſinuet radio, ſtamenque repentè
Aut nebulam, in rutilum credas ſe vertere ſolem.
Cætera Miles erat. Rompheam dextra rubentem
Oſtentans ſuprà; Paradiſi ad limina quantam
Extulit, expulſo quondam Cherubinus, Adamo.
Per medium clypei ſpatium protuberat auro
Fœmina, Serpentis magni caput, atque implexos,
Multiplicesq; habili calcans pede Fœmina, rictus.
Hac ſpecie Michaël, dum molliter horridus, vrbis
Meidburgæ flammas, & ſtrata cadavera cernit:

Angelus Sueciæ Cuſtos.

Eccè iſthuc, niveas per ſumma incendia longè
Alter egit Pennas, facie pulcherrimus, Ales;
Auream Cæſariem, tremuloſq; per aëra cyrros

Flagranteſque

Flagranteſq́ gerens vultus; qualemq́ ſub Arcto
Affundit Pueris miſtum candore ruborem
Frigida vis Cœli; calidis non ſolibus vrens
Corpora, nec maculis infuſcans triſtibus artus.
Cærula nunc illi Veſtis, penituſq́ Coronis
Ex auro diſtincta Tribus; ſibi tale Sueci
Stemma gerunt Reges, poſſeſſi inſignia Regni.
Huic Genti, Angelicis è Cœtibus, additus vnus
Ille fuit, dudum ſupremo ab Numine, Cuſtos:
Qui (quando ruere in peius ſpem vidit Adolphi
Meidburgæ excidio, grauioraq́ damna veretur)
Occupat his precibus Michaëlem, & pectore mittens
Singultum, fatur pro caro hæc pauca Cliente;
„Et miſerans cernis, Ductor fortiſſime, totis
„Quod dudum expetijt votis, tandemque peregit
„Teutoniæ Cuſtos Archangelus; eruta fumat
„Iam non vrbs, Meidburga; ſuiſque ſepulta ruinis.
„Quæ tamen vtilitas, ſi cædibus Hæreſis iſtis
„Exuperat, creſcitque malis, maiorque periclo
„Eminet? & quamquam hæc frangi vi denique poſſit;
„At meus his animum damnis attollit Adolphus,
„Vnius & vindex Meidburgæ, irrumpit in vrbes
„Plus denas, multiſque malis mala paucula penſat:
„Nec niſi defenſis bello, aſſertiſque Lutheri
„Partibus, egregius poſt plurima prælia victor
„Teutonicâ excedet Terrâ, Gothiamque reuiſet.
„Quin potiùs, quando hæc non fas præcludere damna;
„At Pacem his ſaltem Suecos & Teutonas inter
„Quæramus, Latiæ cum Religionis amore,
„Quam Boreæ Populi gremio amplectentur aperto
„Regis ad exemplum, qui quâ ratione valebit
„Leniter huc flecti, quod molior, accipe paucis.
„Ille mihi mente excelsâ, minimeque proteruus
„Ingenio; ſed enim veri ſincerus amator
„Viſus adhuc. Si lux ſperata affulſerit illi,
„Accipiet corde hanc auido, proprijſque reverſus
„Reſficiet, Hæreſeon damnans deliria, Regnis.
„Quin & Teutonici ſenſim ad meliora redibunt.

Eius conſilium pro Rege ad Catholicam, religionem per proſpera bella traducēdo,

„ Guſtavo praeunte, tuiſque acceſſerit ingens
„ Imperijs Tellus, Romanaque ſacra capeſſet.
„ Ne vexa hunc igitur bello, neu linquere coge
„ Teutoniam, tantumque moram concede, Lutherum
„ Et falſi arguere, & Latios addiſcere ritus.
„ Sanctarum gnaros legum, veterumque tenaces
„ Ipſe parabo viros, qui (dum data copia fandi)
„ Rege palam (ſed erit noſtra pars altera cura
„ Suggerere & fandi cauſas, & idonea verba)
„ Dedoceant illum erroris, revocentque ſequentem
„ Sponte ſua oblata radios iam lucis, Adolphum.
„ Dura per exilia extorres, Babylone teneri
„ Iſacidas, ſaviſque diu ſeruire Tyrannis,
„ Paſſus es, & Cyro gazas deque hoſte triumphos,
„ Immenſas & opes, & centum regna dediſti;
„ Orbis vt Artificem magni, ſibi talia dantem
„ Munera, captiuis diſcere poſſet ab illis,
„ Obſequiumque Deo, & ſupremos reddere cultus.
„ Nunc Guſtavi animum morulâ tentare, Gothumque
„ Saxoniâ Regem paullum conſiſtere Terrâ,
„ Quid tantum eſt? liceat per parva pericula, quæri
„ Spes magnas: quamquam &, ſi quas Germania, ſi quas
„ Debeat, exſoluet per Belli incommoda, pœnas
„ At (Gothus euentu pugnet ſi fortè ſecundo)
„ Materiam hinc magnis capiet virtutibus aptam
„ Cæſar, & addiſcet fortem ſuperare ferendo,
„ Hanc dudum expertus. Quid tum ſi cedere primùm
„ Cogetur, cladem que pati, dum denique vincat?
„ Iamque adeò, ſi non tibi cara Suecia quondam
„ Excidit, & totam ſub auita reducere ſacra
„ Teutoniam, ſpes vlla manet, ne reijce noſtras
„ Dive preces, iuſtiſq; bonus tandem annue votis.
Acriter inſtantem verbis, queſtuſque parantem
Aligerum, placido Michael ſic excipit ore.
Michaelis reſponſio. „ Guſtavo pro Rege, geris quas, Angele, curas,
„ Haud equidem inficior. Sed non vel queſtibus vnquam
„ Exores, vt ſponte, meum, poſt prælia tanta
„ Fernandum nova, quæ memoras, in bella remittam:
„ Ecquid

,, Ecquid enim meruit? iam nuper Pace potiri
,, Tempus erat, dum mota diu conſiſtere cœpit
,, Teutonia, atque Duci ſua demum Mantua reddi.
,, Mantua Teutonici nova cauſa, & origo tumultûs.
,, Et Regi ſatis vſque datum; ſi cedere poſſet
,, Cœlituum meritis, blandeque ad ſana reduci:
,, Ceßiſſet noſtris, quandò ſubtraximus illum
,, Cæſareùm captum inſidÿs, manibuſq; prehenſum,
,, Nec ſpes vlla fugæ, ſed mors carcerve manerent.
,, Quin Mariæburgum, & Pruſſæ multa Oppida terræ
,, Cis mare Balthiacum, iuſſu quoque Virginis, illi
,, Pandimus, atque Oderam penitus ſubiecimus Amnem:
,, Num grates retulit meritis? num quærere verum
,, Inſtitit atque animo fraudes damnare Lutheri?
,, Et tamen æternis pupugi terroribus illum
,, Ni ſapiat; divamque admittat pectore lucem.
,, Ac iam terga daret patrias fugitivus in oras;
,, Carceris aut vmbras, mortemque incurreret atram,
,, Ingratus, ſi non ſummi decreta reſiſtant
,, Numinis, & lætis etiam ſucceßibus vltrà
,, Tentari annueret mitiſſima virgo rebellem.
,, Audi igitur quæ effata Deus dictavit ab alto
,, Reginæ, Regina mihi, penitoque reconde
,, Pectore, & ipſe animum diuinis iuſsibus apta.
,, Ingens Teutoniam Bellum Guſtavus in omnem
,, Proferet; & longè poſitas vaſtabit ad Alpes,
,, Fulminis in morem. Non turbidus iſther eunti
,, Rhenusvè obſtiterint; namque illum dextera ducet
,, Numinis, atque ſuo bellantem nomine, apertis
,, Vrbibus immittet. Quin ſi qua occludere Portas
,, Audeat, iniecto ſimul his terrore recludet;
,, Aut vi perfringet, velletque à cardine poſtes
,, Aut murum trahet in præceps. His Lipſica ſternet
,, Pugna viam, reliqua hinc ducet Germania cladem.
,, Expers ſola mali, Fernando habitata, manebit
,, Auſtria; ſpes, cœlo nixus, tutabitur iſthac
,, Arce ſuas, rebus conſtans ſibi Cæſar in arctis.
,, Sed cave, ne toties victori poſtque triumphos,

Superiore Auguſto dum Guſtavus Rex paucis comitatus Stetinum è Cæſarianorum ad Ghertienſe Oppidū Caſtrorum cō[n]templatione revertitur, ab illis equo deiectus eſt, & captus. Sed mox à Finnis Equitibus agnitus & retractus

,, Guſtavo

„ *Guſtavo, monitiſq; tuis iam iamque peroſo*
„ *Hæreticùm fraudes, Romanaq; ſacra probanti;*
„ *Obtendat, probrique metum, Vanumque pudorem*
„ *Ambitio. Si namque Deo parere vocanti*
„ *Indomitus; verumq; ſequi cunctabitur, eheu*
„ *Quàm timeo, ſibi ne mortem per proſpera quærat.*
„ *Iamque diem Terris, depulsa nocte rubentem*
„ *Ales agit, ſolis Motor, lucemque miniſtrat:*
„ *Vtere conceſſis, pavidumque reviſe clientem;*
„ *Atque novo doceas, qui poſſit vincere Bello.*
„ *Ipſe ego Fernandi pectus firmabo futuram*
„ *Ad ſortem; vt creſcat duris exercita virtus.*

Tillius init Magdeburgum, vbi expiari iubet Deiparæ Templum, & in eo Miſſæ intereſt.

Acturus grateſque Deo, Diviſque Triumphum,
Per fumum & cineres Meidburgam Tillius vrbem,
Hinc Peditum, hinc Equitum cinctus victrice coronâ
Intrat eques, triſti defigens lumina terra.
Iamque ferè tadet viciſſe. At ſanguine & igne,
In Divam probra debuerant congeſta piari.
Indè profanatam peregrinis vſibus Ædem
Carminibus iubet, & Romano more piari.
Hic genibus nixus, potuit quoque promere fletu
Lætitiam; dum nempe Deo iam prole litatur
Virginis, & ſummo Chriſtus redit Hoſtia Patri,
Intermiſſa Diu. Quin & facto agmine Divi,
Meidburgæ quondam Tutela, abs æthere lapſi
Spectatum adveniunt, reparata altaria circum.
Tympana mox lituique ſonant, rebeantia muris
Reſponſant Tormenta, & crebro murmure ſclopi.
Ecce autem ſacris intento, egreſſa latebris
(Hoc etenim Templi nuper captârat aſylum
Militis evitans gladios victoris, & iras)
Turba Duci ſupplex, Pueri, matreſque ſeneſque

Accedentes ex eo Cives benignè excipit.

Vitam orant, macie informes; & Tillius addit.
Inſuper ipſe dapes; lætus ſervare iacentis
Relliquias vrbis, Plebem & relevare ſepultam.
Meidburgi fama excidij poſtquam attigit aures

Fluctuatio Sueciæ Regis expugnato per Tillium Magdeburgo

Regis, & incuſſit ſubitos inopina dolores:
Ille metu, nunc huc animum, nunc dividit illuc,

Incertus relegatne viam, vel tendat in hoſtem;
Exſpectetne Acie, varione errore fatiget.
Quid faciat? pendet ſtudia in contraria demens:
Ire retrò pudor eſt; horror-quoque, pergere contrà.
Multa offert conſulta timor, quæ deinde repellit
Dedecus, increpitans probris; demumque trementem
Guſtavum, in Pugnas & nota pericla retorquet.
Sic Trochus, alterno gemini quem verbere binæ
Certatim ad metas adigunt, nudoque coruſcant
Athletæ, vrgentes ſpatia in diverſa lacerto,
Ludibrium flagri: ſonat ille ſub ictibus anceps,
Cui morem gerat, aut cuius iam iuſſa ſequatur.
Nunc illam accelerat metam, nunc advolat iſtam;
Inde repercuſſus, mediâque retortus arenâ
Infringitque iras, ſignatq; in puluere ſulcos.
Suecorum at Cuſtos Ales, ſibi plurima poſtquam
Iam conceſſa videt, mentem nutantis Adolphi
Occupat, atque animi diverſos mitigat æſtus:
Nec fugere hortatur, nec tendere protinus vltrà;
Sed moderata docet, tutâque in ſede morari.
Ergò ſuos fluvij obiectu, valloque recenti
Rex tegit; ipſe autem Grypsbaldæ ad Caſtra recedit,
Obſeſſos terrere; vt ſcilicet vrbe potitus,
Hinc Turmas ſocijs, quos deſerit, ipſe reducat.
Et ſua magnificis cumulans ſucceſſibus Ales
Conſilia, abſenti quoque proſpera curat Adolpho.
Quos abiens fluvio, rerum dedit ipſe magiſtros,
Vis movet aſſuetâ maior, quo quæque vocat res.
Furto Hauelbergam, Verbenam robore; Borkam
Nocturno irrumpunt ſaltu; Gothus vndique vincit.
Parte aliâ pronas in carbaſa verterat auras
Angelus, Arctoos Regina Suëcica fluctus
Dum ſecat, atque viro Iuvenum nova millia ducit
Navibus in magnis. Placido volat æquore Claſſis
Teutoniæ ad Portum, & Stralſundæ littora propter;
Volgaſtumque ineunt Nautæ clamore ſecundo.
Ingreſſi vertunt proras. At puppibus altis
Suecica ſe oſtendit Pubes, & corpora ſaltu

Havelâ fluvio. ſua Rex Caſtra communit; & in Pomeraniam rediens, ea Hornio & Baudiſſio conſignat.

Supplementum 8000 è Sueciâ recipit in Germaniam deductū ab ſua Coniuge Eleonorâ Sigiſmundi Brādenburgici Electoris filiâ, Georgij Guilelmi ſorore.

Dej-

Deijcit in ripam, fluctus pertæſa marinos,
Et Telluris amans, quæ prima excepit Adolphum,
Ad bella & Pugnas venientem, & prælia cernens,
Virtuti Gothicæ primum inſtaurauit honorem.
Ergo iter ad Regem, Pomeranæque intima Terræ
Advena maturat miles. Grypsbildica dudum
Mænia cingebant illic, fruſtraque Sueci:
Dum Caſtris ſeſe Rex intulit; vrbe potiri
Certus, & obſidij damnum virtute piare.
Regis ab adventu ſupplementique recentis,
Deficit obſeſſis animus; ceu condita nido
Abſentis Proles Aquilæ, roſtro, vnguibus vſque
Serpentum in fœtus certant, ſedemque tuentur;
Impar dum numerus, par & conflixerit ætas,
At ſi fors Pater, & robuſti pectoris anguis
Adveniens, vires Pullis pugnantibus addat;
Deficiunt volucres Pugnâ, nidumque relinquunt.
Cæſareis ſic nempe animi cecidêre Catervis,
Guſtavus ſimul acceſſit, numeroſa Suecis
Agmina conducens Caſtris, vrbemque dedêre.
Iamque, illis omnis demum Pomerania pulſis,
Parebat Regi. Sed Meckelburgica Prædas
Præſidia (aſſertus Fridlando Miles) agebant
Diverſas, primaſque vrbes ditione tenebant.
Huc igitur nequis ſibi retrò incumberet hoſtis,
Huc vertit vires Guſtavus: & impete primo
Buzamque, Guſtramque celer, Plauramque receptat.
Indè etiam gemini, per Cæſaris arma, paternâ
Depulſi Ditione Duces, belloque reverſi,
Cæſareos adigunt campis, & in Oppida cogunt,
Queis loca iam de tot ſolummodo bina ſuperſunt,
Roſtokium hinc, illinc alter Viſmaria Portus.
Ergo triumphalem Rex ordinat agmine pompam;
Quâ Meckelburgis, Dominos, par nobile fratrum
Reſtituat Populis, & Avorum in iura reponat.
Æra ſonant campana, novis effulget in armis
Et feſto fremit accurſu Guſtravica Pubes;
Multaque Nobilitas, Terris excita propinquis,

Grypsbaldam deditione accipit.

Et maximam Partem Mekelburgicæ Ditionis capit.

In quam Duces duos magnificè reducit.

Guſtra ſeu Guſtravia Mekelburgicę vrbs.

Spectadui

Spectandi Regem ſtudioſa, Ducesque receptos.

Albertum potiorem annis primo agmine ſpadix
Portat equus. Cingit famulantum Turba rigentes
Rhomphæas geſtans humero, ſplendeſcit vtrimque
Ancipitis acies calybis, tremit horrida cuſpis.

Ioan. Albertus Dux Meckelburgicus.

Gladiatores XXXVI.

Vt ventum eſt vrbis ſub mœnia; quiſque macheram
Verſat vtrâque manu, ſummoſque erectus in vngues,
Brachiaque exertans, libratos ſuſtinet ictus:
Mox humiles, toto & collecti corpore, tamquam
Farra metant ferro, ſubitoq; aſſurgere in auras.
Iamque huc, iamque illuc trepidis fervêre lacertis,
In gyrum aſpicias: veluti ſi pluribus vnus
Cœperit obniti mediâ Luctator arenâ:
Et multos petat, & diverſâ ex parte repugnet.
Clangentes interque Tubas, lætumque frementes
Inter equos, medium Rex obtinet arduus Agmen.
Omnis in hoc, avida Plebis ſtat Principe fixus
Et vultus, & amor. Rurſum iuvat, atque frequenter
Vindicis ora ſui, atque vltricem cernere dextram,
Atque habiles loricæ humeros, & brachia ferro.

Extremum Portis ſeſe fratrum intulit alter,
Exultans Fredericus equo, quem plurima cingit
Vis Iuvenum. Sequitur Rhedarum Exercitus ingens
Pulverulentam inter nubem. Dat fervida ſulcos
Orbita, lora ſonant crepitantibus aurea bullis.

Fredericus Meckelburg. Iunior Dux.

Itur in illuſtrem, pictamque tapetibus Aulam,
Quo Populi concire ſolent Comitia Patres.
Et poſtquam iam iuſſa quies, & prima loquendi
Copia; Fridlandum Proceres, omniſque Senatus
Abdicat, Oxſterni monitu; Ducibuſque vetuſto
More Sacramentum, & ſupplex inſtaurat honorem.
Tunc, vt ſera foret tanti quoque conſcia facti
Poſteritas, ſolio Rex iuſſit Adolphus ab alto,
Attentam vt ſobolem, media inter licia, nentes
Edoceant matres, hodiernæ gaudia lucis;
Expulſos cantent Dominos, belloque receptos,
Et vim Fridlandi, & Guſtavi vindicis arma.
Concordi Tormenta ſono excepêre loquentem,

Et Populi exultans clamor. Siphonibus illinc
Vina fluunt Plebi: pluit illinc aureus imber
Nummorum. Denſatis humeris ſtant quiſque, volantes
Exceptare manu, vel humo iam tollere lapſos.
Regi præcipuè Cives gratantur Adolpho,
Qui Ducibus Patriamq́; ſuam, medioſq́; per hoſtes
Reſtituit, Patriaque Duces. Hoc lætus honore
Brandburgam redit ad ſocios, redivivaque bella
Rex laudis nondum ſatur, & Papenhemica primùm
Vertit Caſtra retrò. Mox & Standellica quotquot
Cæſarei. quotquot Tangermundana tenebant
Mœnia, diffugere. Etenim furit undique victor,
In bivio donec ſua Caſtra locavit aperto,
Et geminis diſcrevit aquis, ubi ſcilicet amnis
Hauvela præcipitat, magnumque incurrit in Albim.
Sic Genius Cœleſtis opem diſpenſat Adolpho
Egregiam, & cæptis prævertit vota ſecundis.
At iam Serclaſium (tanquam avertiſſet ab illo
Diva ſuas; numquam antè viro non provida, curas)
Succeſſu fallunt inopina pericula vano,
Obijciuntque morarum obices. Et cominus Haſsi
Dum populat Terras, Lipſienſis fœderis ultor;
Cogitur incepto deſiſtere, & agmina retrò
In Regem, notumque iterum redducere ad Albim.
Namq́; ibi Meidburgis Ditionibus inſtat Adolphus.
Inſtat Anhaltinis; Mansfeldica tota paveſcit,
Nec vacat Halberſtâda metu, aut Brunſuîcia tuta eſt.
Vix Volmerſtadij demum conſiſtere cœpit
Tillius, & feſſas circum diſpergere Turmas:
In primas cùm Rex per nubila noctis opacæ
Clàm cuneos educit Eques. Suecûmque Gothûmque;
Invaditque viâ fractos, ſomnoque iacentes.
Viribus ipſe recens cedit, quos nomine ſignat
Mons-Cuculi. Excitos inopino murmure Pugnæ
Holkanos, dextrorſum agitat, dudumque laceſſit
Rhingravius. Stant illi Acie, vim vique repellunt,
Dum numero oppreſſi, ſeſe ſubducere Campo,
Certatimque fugâ niti, per vulnera, ſudant.

Indè Marchiam Brãdenburgicam, & ſuum ad exercitum redit.

Tillius in Guilelm. Haſſiæ Landgravium unde mox ad Albim retrocedere revocatur Sueco reſtituturus.

Ubi à Rege aliquam accipit cladem.

Borgſtallæ.

Angernæ.

At

At medios nequiit, propriâ vel morte, tueri
Bernſtinius: Süecis horrens concurrere miles,
Converſis ſubitò poſt terga refertur habenis.
Iam duce proſtrato, nota ad vexilla, globatim:
Ordinibus properant ruptis, ſternuntque ſequentes.
Et ſtragem dein orta dies oſtendit: at ardens
Tillius involat in Campum, ſtatuitque iacentes
Vlturus ſocios, Verbenâ extrudere Regem,
Aut ſaltem elicere ad Pugnam, ac avellere ſeptis.
Ergo ſecuturum magna cum corpore toto
Militiæ, pauci mox prægrediuntur Agreſtes;
Regii qui clavis claudant Tormenta ſupernè,
Incendantque urbem lychno. Sed fraude retectâ,
(Tamquam hæc Serclaſio ſucceſſerit) excitat ignes
Diverſque Gothos ſtatione occultat Adolphus.
Flammarum indicio, Süecorum ad prima Brabantus
Adrepit claustra; & quando Tormenta ſilebant
(Namque dolo, ſclopos Rex tantùm exploſit inanes)
Effundit totam huc Aciem, Regique propinquat.
Tunc iuſto admotos ſpatio, cinctoſque Suecis
Vndique Cæſareos, capto Rex tempore, circùm Quam vindicare nequidquam parat.
Tormentis lacerat, rapiens avulſa per auras
Brachia, crura, pedes. Tum verò irrumpit in hoſtem;
Et trepido hinc frontem, latus illinc vrget vtrumque,
Corpora multa ruens, redigitque in Caſtra Brabantum.
Incepti tamen ille tenax rurſum attrahit omnem
Coram Rege Aciem, & reſidem clangore tubarum 5. Auguſti.
Provocat ad Pugnam. Vibrat quoque ſcommata Miles,
,, *Vah pudeat, Terram ingentem, ſpatiumque Süeci*
,, *Emenſos maris, obtento iam flumine claudi,* Guſtavo Pugnam detrectante.
,, *Nempè Aquilæ, Campos, Ranæque paludibus ortæ,*
,, *Stagna tenent fluvioſque. Vbi nunc certaminis ardor?*
,, *En qui Teutoniam dudum per prælia poſcunt.*
His quamquam ardeſcit, ferroque repellere ſannas
Ira parat Regis; ratus at ſecurius, illis
Aggeribus fluvioque tegi, quàm credere Campo:
Acceſſu tantùm prohibetque, moráque fatigat
Audentes primùm. At quandò langueſcere pugna

 Spe

Spe caſſos, & ſigna videt iam vertere retro,
Nempè recedentum poſt terga, educit apertis
Militiam ſeptis, poſtremoſque aſſilit hoſtes.
Obvertêre olli ſubitò vultumque manumque
Intrepidi. Virtute pari pugnatur vtrimque:
Deduntur Deduntque neci, rubet vndique Tellus.
Serclaſio magna intereà, maiora Sueco
Subſidia accedunt, florentes Pube Catervæ.
Atque tot auxilijs iam formidandus Adolphus,
Per Brandenburgas tria dividit agmina Terras.
Tillius at contrà, poſtquam conſortia belli,
Saxona nequidquam, ſocialiaque arma popoſcit;
Miſnica, Torrentis de more, exundat in arva,
Finitimaſque vrbes; nec dedi Lipſia differt,
Saxonicus ſervet quamvis ea mœnia Miles:
Vſque adeo Plebi ſtrages Meidburga recurſat.
At Cœli quà Parte, rubos pallentis Eremi,
Et mare Picenum, & Lauretæ Virginis Ædem
Deſpiciunt Superi; gurguſtia frondea tantùm
Hilarion habitat, qui barbâ & vellere tectus
Agnino, agninam Maceratæ mœnia propter
Ducebat vitam; & cæli ad myſteria lippos
Attollens oculos, mentem tendebat acutam,
Angelicis etiam convertens cantibus aures.
Iamque Marianos redduxerat annuus ortus
September, ſtellatam æthra dum fuſa per Aulam,
Aligerûm Legio, Cunas nomenque Mariæ
Carmine cantabant vario, & cœleſtibus hymnis:
Præſertim Imperij Cuſtos Archangelus, idem
Omnia tractabat, vibrans in Cantica vocem,
Inque lyram digitos, citharamque, chelimque ſonoram
Ipſe chori iam Dux; cantandaque arbiter odæ.
Alta throno Regina ſedet, laudatque canentum
Officia, & meritis quoque præmia digna rependit.
Atque relaxabant Octavo Veſpere chordas,
Dum metuens ille, & præſago pectore verſans
Lipſenſis Pugnæ ſortem, eventuſque ſiniſtros,
Pſallentum è Cœtu ſeſe ſubduxit, & Aulæ

Qui hæret ad Verbenam; Hornius ad Brãdenburgam; Todtius ad Ratenã. Tillius è contrario Saxonem fruſtra ad ſocietatem armorum ſollicitat. Igitur Hallâ egreſſus Miſniam vaſtat, & occupat Moersburgam, Ienam ipſe & Lipſiã &c Papenhemius Naumburgam &c.

Invadens

Invadens medium,magnæ ſimul antè Parentis
Ora ſtetit, veniamque effandi pauca,popoſcit.
Maieſtas oculis,at ,ſolicitudinis index,
Pallor ineſt vultu:corpus tegit aurea veſtis,
Quam gemmis mediam , magnoque toreumate ſignat
Nigra biceps Aquila,& diſtentis ardua roſtris.
Baltheus ex humero fluit aureus, attamen atris
Latè intertextus bullis,fulvoque,nigroque
Effulgens, gyriſque altè ſurgentibus, aſper.
Hoc habitu , dubiumque ſono teſtante timorem ,
(Poſtquam omnis ſiluit chorus , & data copia fandi)
Reginam alloquitur. „ Cantu celebravimus Ortus
„ Diva tuòs; Terris celebravit Tillius iſtis,
„ Quas curà,Belloque premit.Nunc imminet Hoſtis,
„ Inque vnum geminus:finem da Virgo benignum,
„ Atque tuo dictam lucem de nomine,fœlix,
„ Et toties conceſſa , iterum victoria ſignet.
At Regina premens animo,quàm fauſta Suëcis,
Horrida Teutonibus, Lipſenſis Pugna futura eſt:
Votorum (quamquam hac,inquit , tibi iuſta videntur
Angele) dimidiam Numen tantummodo Partem
Annuit: inſtructos Acie dat vertere retrò
„ Saxonas,& ſpolijs fugientum, opibuſque potiri.
„ Hactenus ille tuus poterit, vincetque Brabantus.
„ In Suecum tibi nil quidquam conceditur Agmen.
„ At ſi bellanti vis fortè inimica minatur
„ Serclaſio, tibi fas illum ſubducere morti.
„ Et reliquam ſeriem rerum,eventuſque ſupremos,
„ Numinis arbitrio, & curæ concredito noſtræ.
Audijt:& mæſtus reſponſis Angelus iſtis,
Figit humi vultum ; & veneratus poplite Divam,
Caſtra Clientis adit pennis.Ea Solis ad Ortum
Conſtant , nec longè Lipſenſis mœnibus vrbis,
Per moles diſtincta alto de ceſpite , denſis
Aggeribus ducta,ingenti circumdata foſſâ.
Saxonas & Suecos illuc pulchro ordine poſtquam
Tillius audierat,iunctiſque accedere ſignis:
Tormenti ſonitu palantes vndique Turmas

Congregat;

Digitized by Google

Tillius Concilium cogit ad deliberandū de Pugna Lipſenſi.

Congregat; accelerant Equites, arva omnia circum.
Concilium intereà magnum, ſtans Belga, tenebat
Ipſe Duces inter medios, quos dividit anceps
Diſſidium. Et placuit multis haud tendere contrà,
Haud certare Acie: at munito inſiſtere vallo,
Vel revocare gradum, & Lipſenſia mœnia propter
Cogere Cæſareos; ſociûm dum millia multa
Tillius accipiat, quos Aldringerus ab altis
Alpibus adductos, Thuringa trahebat in arva:
Quos vbiûm Antiſtes proprio conſcripſerat ære,
Nec procul hinc aberant. Quin multas Holka Phalanges
Duxerat, egreſſus Caſtris ad pabula longè.
Atque huc Serclaſij mentem inclinaverat Ales,
Ipſe dehortator Pugnæ. Sed multa reclamat
Turba Ducum fremitu, belli quos cæca cupido,
Et factis experta diu, laudataque virtus,
Præcipitant. Diverſa Heros ſtupet, anxius inter
Conſilia. Et quamquam ratio, & vis pectoris illi

Statuit non admittere.

Conſtat adhuc; at non Diva de more vocata
Promitti ſibi ſentit opem: ſed tædia Pugnæ
Inſurgunt, fixumque manet conſidere Caſtris.

Caſtra igitur munit.

Quæ dum ceſpitibus pergit firmare, Suecis
Occurſare iubet paucos, primumq; morari,
Mox fallace fugâ, & fictis congreſſibus, Hoſtem.

Exercitûs Suecani Diſpoſitio.

Paſſibus ergò æquis Exercitus ibat vterque,
Saxonicus Levâ, dextrâ Sûecanus; & Alam
Suecani geminam geminus Guſtavus agebat,
Rege ſati Carolo, Præſtanti corpore & annis.
Carus vterque Patri; dextram Rex, inde ſiniſtram
Hornius, hic veneris furto quondam edita proles;
Teufelides Aciem. Hunc Turmis fulcitque premitque
Hebronius denſis. Hornum Hallius agmine parvo,
Bannerius Regem. Hic vultu properabat amœno,
Et quali ad ludum ſolitus. Gerit omnis eandem
Suecica Lætitiam Pubes, Belli ante perita,
Nunc avida, & Pugnam feſto clamore laceſſens.
Tanta hæc illius Gentis dat gaudia Cuſtos
Angelus, advolitans Caſtris, & pectora cuique

Demul-

Demulcens, blandæque inſpirans laudis amorem.
Antè aliàs numquam Regi præluſit Adolpho,
(Quamquam ſæpè favens) tantis Victoria ſignis.
Cæſareûm contrà, cladem docuêre rubentes
Haud dudum fluvij, & ſpumantes ſanguine foſſæ:
Atque huius adeò primâ ſub luce diei,
Quæ fatis decreta fuit, Pugnæque ſuprema,
Alba adijt pennis Guſtavi ad Caſtra Columba;
Circuituque obijt longo: non clangor & arma
Terruerunt, donec iam feſſa atque orbe peracto,
Eximij demum vexilli in vertice ſedit.
Atque Avibus, vaniſque decet ſi credere ſomnis,
Ipſe ſibi viſus ſupremâ nocte Brabantum
Rex prensâ tenuiſſe comâ; contrà ille tepenti
Obniti, & levum mordere tenaciter armum,
Saxonicæ indicio ſortis; quam nunc quoque lævâ
Progrediens mæſto prænuntiat ille timore,
In nitidis licet effulgens, Exercitus, armis
Saxonicus, lætique ferat vexilla coloris.
Pallet enim, trepidatque viæ pars magna Iuventæ
Et belli rudis, & laribus protracta paternis,
Durum ad Martis opus, vacuiſque intruſa Catervis.
Saxoniæ Dux ipſe Aciem regit; inde ſiniſtram Item Saxonicè.
Bintoſides, dextram hinc ſollers Arnhemius Alim;
Sarmatico Regi qui Cæſaris agmina nuper
Guſtavum in Regem duxit, nunc tramite verſo
Incedit ſocius Guſtavi, & Cæſaris Hoſtis.
Iamque ferè medium provectus in æthera Phœbus,
Luſtrabat meſſos nitido fulgore novales,
Compoſitaſque Acies; quando repreſſit habenâ
Spumantem Rex Suecus equum. Mox Tympana pulſu
Cuncta ſilent, clangore Tubæ, & ſic incipit ille.
„ Per longos, ſocij, Terræque, Mariſque labores, Ad eam Rex ſuos hortatur.
„ Illuxit quæſita dies; Hæc afferet illis
„ Æternâ cum laude modum. Victoribus ingens
„ Panditur Imperium, ſed clauſa eſt patria victis.
„ Nam reditum media unda negat. Sed rumpite ferro,
„ Quam vobis prætento viam. Nec fervida fari

Plura

Plura ſinit Virtus. Hilari ſimul emicat ore
Teſſera: ſublatis conclamant proxima ſclopis
Agmina, momento differtur ad vltima plauſus,
Atque omnes idem ardor agit. Nam Regius Ales
(Ales Vandalicæ Cuſtodia tradita Genti)
Cui iam multa licent, ſenſus delapſus in imos
Guſtavi, leges illum, præceptaque belli
Caſtrorumque modum docuit, pulcrumque laborem,
Quo Tormenta loco, tuti quâ ſede receptus.
Inſtiganſque viros ſtimulis haud mollibus, omnem
Convolat in Partem, ſeſeque per omnia verſat.
Nec Genium pudet æthereum, felicibus orſis
Cæſareorum Aciem in plenas involvere Pugnas.
Namque vt cunctantes, ſeque intra Valla tenentes
Eliceret ſeptis, nudoque exponeret arvo:
Ipſe Gothûm Turmam, primo ſub limine belli,
Exterret vertitque fugâ; fugientibus inſtat
Vſque Godefridus; fauſtiſque eventibus ardens,
In Suecos ſeſe reliquos, & longiùs infert
Quàm revocare pedem retrò ſine vulnere poſſit.
Belgam igitur celeres crebris Curſoribus orat
Suppetias, totâque petit ſuccurrat opum vi:
Iam nutare loco Suëcos, iam vertere terga.

Dubitat iam Tillius de confligendo

Et quidnam hic faciet Belga in diſcrimine tanto?
„ Caſus, ait, belli varius: diſcedere vallo
„ Haud tutum; at ſociûm deſertor habebitur ergò
„ Tillius, & quorum pridem virtuſque fideſque
„ Nota mihi? audentem ſi ſæpè laceſſere Suecum
„ Fiſus eram, quin iam fugientem perſequor? at queis
„ Imperium, queis Religiò ſervabitur armis
„ In ſedes redducta ſuas, ſi ceſſero victus?
„ Nempè redargueret Pugna hæc infauſta, per omnem
„ Teutoniam quotquot, magnâ ſub Virgine, Pugnas
„ Geſſimus, & longos raperet brevis hora labores.

Suppetias tamen ſubmittit ad expediendû conflictu Papenhemium.

Tunc alias, aliaſque, viam facto agmine, cinctis
Qui ſolùm expediant, Equitum iubet ire Catervas,
Ipſe retrò reliquo cum milite, ſiſtere certus
Dum fortuna ſinat. Sed dum Papenhemius ardens

(Incer-

Digitized by Google

(*Incertum, virtuſne, inconceſſane proteruus*
Egit amor Pugna) *Süecis Legionibus hæret*
Implexus, crebroque adeo Curſore fatigat
Serclaſium, & toto; ſuccurrat vt agmine poſcit;
,, Cogimur, exclamat, vel vi vel Numinis irâ;
,, Nec ſponte ingredior Campum, Vallumque relinquo.
,, Sed malo, alterius culpâ, obiectare periclis
,, Hanc animam, ſocios quàm deſeruiſſe pudendâ
,, Segnitie, & caſus nimium extimuiſſe ſiniſtros.
,, Victores fortuna facit; vis propria fortes.
,, Cæſarei, Sueci, Vincent, quibus annuet æther:
,, Sit nobis bellare ſatis. Noſtram hoſtica virtus
,, Augeat, hanc rapiat nunquam ſors invida laudem.
Dixit; et, è vallo gradiens, deſcendit in æquam
Planitiem. Peditum mox indè Exercitus omnis
Turbatis ſequitur cuneis, curſuque fatiſcit
Præcipiti, & vires ſudore expirat anhelo.

Nimis impedito, toti Caſtris ſuccurrit.

Vt ventum ad ſocios, quos iam Papenhemius ægrè,
Maiorem in numerum, & Guſtavi Caſtra tenebat:
Tanquam triſte chaos ruat, & fuliginis atræ
Cæſareos hebetet nubes, turbatio ſurgit:
Nec iam conſiliis agitur, regit omnia clamor,
Armatiſque Gothis, pauci opponuntur inermes,
Expertiſque rudes. Suecorum millibus impar
Ala ſiniſtra (malum!) crebro rareſcit hiatu,
Et fœdè ſpatijs interlucentibus horret.
Dextera Saxonicam ſuperans, ſed mole laborans
Mole ſuâ, nimioque exundans milite fruſtrà;
Stat medio informis Acies; non illius armos
Fulcra tegunt Equitum aut præeuntia cornua frontem.

Inepta eorum diſpoſitio ad confligendum

Turbatis ſic rebus, opes vt Tillius addat,
Vicinum in medio Collem, nec verticis alti
Aſcendit, diverſa monens. Sed robore & armis,
Haud montis opus eſt: Hoſtes iam quando propinquant
Cominus ad teli iactum. Mox Tillius altè
Attollens cum voce oculos, IESVM *atque* MARIAM
Nomina blanda ſibi pridem, belliſque benigna,
Invocat; audierunt pauci; turbatio vocem

Teſſera IESVS MARIA.

Opprimit, atque ingens ſine lege, ſine ordine clamor.
Ipſe etiam occiduo ſpirans abs æthere caurus,
Vocem aliò differt. Spirantis Tillius auram,
Tillius venti opportunitatem occupat.
Et ſolis vitans radios, lento agmina vertit
Gnaviter inflexu, Villamque incendit agreſtem,
Vnde Hoſti fumum, & cinerem Dux providus effert,
Ipſe Aciem de more tenens. At Saxona dextrà
Furſtenbergus habet, læuà Papenhemus Adolphum.
Sed non invito fas vincere Numine. Bombis
Iam dudum immugit Cælum, Suecoſque ſupinant.
Serclaſij Tormenta, regit quos Hornius acer
Imperio; accurrens totis ſed cautus habenis
Mox & Suecus.
Rex, latus obliquent, iuſsit; Ventumque prehenſent
Tormentorum extra iactum, fumumque volantem.
Iam contrà Cauri auxilio Tormenta Sueci
Cæſareos ſternunt, ſignantque per agmina ſulcum.
At tanto incenſi Papenhemus, & Holſata damno,
Invadunt animis Regem, tenduntque reflectat
Rurſus vt in Caurum Turmas, ſedemque relinquat.
Fruſtra recuperare nituntur Papenhemius & Adolphus Holſatius
Excipit amborum virtutem, adeoque repellit
Rex procul, vt reliquæ divulſi à corpore toto
Militiæ, extremos peterent iam cominus Hoſtes.
Aſt ibi ſpes nulla eſt; ſed enim Bannerus Adolpho
Interior, per recta viæ Compendia iunctus,
Ad ſiniſtræ Alæ laborantis medium revertitur.
Nunc Alæ inſtabat reliquæ; totamque ruebat,
Holſata ni promptè auxilio, & Papenheme rediſſes.
Tunc maiore iterum niſu recaleſcit vtrimque
Pugna anceps, calideque horis accenſa duabus.
Parte aliâ, greſſum Legiones figere paucas
Tillius, & ſeſe Suecis opponere iuſsit,
Si quid agant, ſi fortè ferant veſtigia contrà.
Tillius cum dextra & maiori parte aciei Saxonicos fundit.
Intereàque Equitum florem, reliquamque ſuorum
Corripiens Aciem, mox vndique Saxonas vrget,
Adverſoſque premens, ſimul hos, ſimul obruit illos,
Aut fractos verſis retrocedere cogit habenis.
Alam adeo dextram quoque Furſtembergius illuc
Ductor agens, nondum cedentibus, incubat vſque,
Dum reliquus iam nutet Eques, tandemque fatiſcens

Deſtituat

Deſtituat Peditem, mortique exponat apertæ.
At non omnis abit: cum Turmis ipſe quaternis
Ab eo capitur Steinachius.
Steinachius (ſed enim legionis ductor Equeſtris)
Cingitur, & geminos iuſſus demittere ſclopos,
Prenditur ad Litrum. Et prenſus iam iamque fuiſſet
Saxonidûm ſanguis, fratrum par nobile (nomen
Altemburga illis, dat Avorum gloria, famam)
Et ferè Altemburgici Duces duo.
Deiectus ni forſan equis, terrâque iacentes
Exigat, ac ſellis famulantum Turba reponat.
Reppoſiti rapiunt frenum, & calcaribus inſtant
Altè in quadrupedum coſtas; crura ardua totos
Iactantum incurſus, quantùm ſinit alvus anhela.
Nec mora, nec requies, fugientes antè ſodales
Dum tandem attigerint, ac Eilemburgica propter
Mœnia, diſperſas expectent denique Turmas.
Saxonis at Peditem (nudo qui ſtabat in arvo,
Nec promptis fidebat equis) fiducia maior
Cæſareûm, vis maior, agit. Scomburgius illum
Gente animiſque potens, Tormentorumque magiſter:
Atque Cronenbergus; magni de ſanguine cretus
Suiccardi, infringunt cataphractæ pondere nubis.
Et retulit Pars magna Pedem. Bintauſia tantùm,
Et Peditatus profligatur.
Taubiaque obſiſtit Legio; & cui nomen vtrique
Huic ſolers Arnheme, illi Vicedomne dediſtis.
Et Turmis (ne fortè gerant ſua nomina fruſtrà)
Quiſque ſuis addunt animos vireſque miniſtrant,
Promiſſiſque miniſque Duces; namque intima curſu
Caſtrorum ingreſſi, ſuprà extant vertice toto
Sublimes in equis, ſublatoque eminus enſe,
Increpitant ſegnes, trepidis veſtigia firmant,
Reſtituuntque loco pulſos, Pugnæque reducunt.
At ſic quandò illos nondum conſiſtere vidit
Reſpirans, iuſtâque ardens Bintauſius ira,
„ Non hæc vana, inquit, locus iſte hortamina poſcit;
„ Facta illis præſtant, iuſſiſque exempla ſeveris.
Sic fatus, deſcendit equo; Pugnæque pedeſtri
Nunc habilis, longum vicino ab milite ſclopum
Abripit indignans: & rectà fertur in Hoſtem.

Digitized by Google

Bintaufius necatur. *Mox ruit infelix traiectus ad ilia plumbo.*
Saxonidum effugiunt alij, quos ponè ſequuntur
Cæſarei, cunctoſque neci vincliſque dediſſent;
Hallius atque Hebronius Sueci Saxonicis auxiliantur. *Ni Sueci auxilio veniant, fuſiſque ſalutem*
Hallius Hebroniuſque ferant, tutoſque receptus.
Prædandi ſtudio ſimul exſiliêre ſolutis
Ordinibus (tanquam Pugnæ pars nulla ſuperſit)
Victores. Alij Currus, oneraria Plauſtra
Excutiunt, pavidi quos in diſcrimine primo
Cæſarei prædantur. *Aurigæ loris mox deſeruere reſectis,*
Increpitoſque flagris retrò abduxêre iugales.
Et paſſim rapitur tutoribus orba ſupellex.
Exuvijs alij indulgent, ſtratoſque per arvum
Saxonidas nudant armis, veſtemque revellunt.
Calvizo rapitur thorax (nam corpora paſſim
Magna Ducum indiſcreta iacent, permixtaque vulgo)
Pelle rudis flavâ thorax, cui plurima totos
Ductilis argenti celabat tænia villos.
Enſis Helemdorfo, quem lentâ excuderat olim
Hiſpanus de maſſâ Opifex; quem flectere dextrâ
Sic valeas, capulum vt cuſpis pertingat ad imum.
Starſchedelo galeæ: at galeæ ſublime decorum
Merskalco eximitur, criſta ardua, diſcolor, ingens,
Pavonis ſpolium picti, ignotæve volucris,
Quam procùl è Braſilo portarat littore primùm
In Batavum, pòſt in Pomeranum Navita Portum.
Et tibi Bintaufi gemmis radioſus & auro
Baltheus exuitur, toto quem condidit anno
Mater & intexto definijs Hectore, fortis
Mater nempe tuæ & duri quaſi præſcia fati.
Sic prædis gaudet, ſic diripit omnia victor;
Qualis Aves, Turba Accipitrum ſi maxima, pulcras
Exertis petijt roſtris, primaſque ſupinâ
Sternit humo, informes ſante & pendentibus alis;
Diffugiunt reliquæ, trepidantque per aëra magnum,
In ſegetem dum ſe, vel nota ſedilia condant.
At ſe per gyros feſtivaque cantica, circùm
Victor agit Chorus; & ſtratarum cernit ab alto

Dum

Digitized by Google

Dum leves plumas, minioque crocoque nitentes;
Viſarum iam ſurgit amor, prædæque cupido.
Tum criſtas capitum, variiſque monilia colli,
Et flavæ gyros caudæ, roſtro, vngue revellunt.
Atque ea dum totis agitur prædatio campis,
In Turmas tandem redeunt; & bella parantur
Ad nova Saxonidæ. Simul & ſua ſigna rapaces
Cæſarei vt repetant, dat concita buccina cantum. Reuocantur ad auxiliandum Papanhemo
Tillius hoc iuſſit, quando Papenhemus in arctum
Per Suecos compulſus, opem auxiliumque popoſcit,
Vnâ par virtute, impar numeroque, ſituque.
Tillius accurrit; Schomburgus, Goſſius illuc
Bangartuſque, aliique Ducum; ſed quiſque catervis
Stipatus tantùm mediis; adeò ardor habendi
Iam reliquas diſpergit adhuc, & cæca libido.
Ponè trahebatur captivos Saxonas inter
Steinachius, Pugnæ quem primo ardore prehenſum
Ad lytrum incolumem, raro cuſtode tenebant.
Qui cúm Cæſareos revocari in prælia vidit,
Servantum erupit medio, laterique propinquos
Excutiens, vrget calcaria pronus in alvum
Quadrupedis, totáque ſuos virtute reviſit.
Currenti virides labuntur caſſide criſtæ.
Haud tamen eſt auſus fugientem invadere quiſquam;
Maior cura premit, celeri praeuntia paſſu
Caſtra ſequi; & Suecûm ſtragem, prædámque paciſci.
Serclaſius ſed enim Furſtembergiuſque citato
Schomberguſque gradu, Papenhemo adiungere totam
Nunc Aciem tendunt, & opem conducere feſſo.
Qui poſtquam venêre, oritur mox Pugna, priore Cum Suecis pugna redintegratur
Acrior, & Turbæ ſeſe Turba obvia miſcet,
Virque viro, & ſclopi ſclopis, atque enſibus enſes.
Præcipuam cædem Tormenta vtrimque dederunt
Ænea, & in tantum abs æſtu incaluere frequenti,
Quæ Suecus vano numquam diſploſerat ictu
Vt flammam acciperent vltro ſimul intima pulvis
Nitreus attigerat, neque cedit fervor aceto,
Pertica quod fundo ſcrutis humentibus infert.

Digitized by Google

Auxiliaria Suecorum Tormenta è Corio.

Ergò iſthec ſua nunc iaculando inidonea Sueci
Dum Tormenta vident, onerant coriaria raptim,
Artis monſtra nouæ; coriis inſuta novenis,
Inque tubum digeſta (& quali ferrea formâ)
Et teretem, & longum, at non iſthæc murmure tanto
Exonerata boant, adeoque per aëra longè
Ipſa pilas mittunt, neque grandibus apta ruinis,
Præſertimque viros levioraque pondera ſternunt.
Sed facilè, atque alto per & horrida, & vda viarum
Ducuntur cœno, rotulis impoſta duabus.
Æſtum, materies; æſtûſque pericula magni,
Viſcus iners intrà, & penitus circumlitus arcet.

Minùs nocent Cæſareis, quàm Cæſareorũ Suecis.

Atque hæc haud magnam cladem Tormenta dedêre
Cæſareis, paucaſque adeo carpſêre Catervas.
Ænea ſed quæ illi tumulo torsêre propinquo,
Plus poterant, Suecíſque ingentia fata tulêre.
Apparent grandes, diviſa per Agmina, ſulci,
Proſtratique Duces, & gloria maxima Gentis,
Teufelius; nigriſque iacens Calebacchus in armis.
Iam Rex proſpiciens damna his maiora ſuorum;
Excutere hinc Hoſtem ſtatuit, poſitiſque potiri
Tormentis, tanta eſt blandæ fiducia ſortis.
Florentes igitur Legiones robore, ternas
Ipſe ſuo adiungit lateri; at ne ferrea multos
Glans Iuvenes, infrà ſubeuntes, miſſa ſupinet;
Vt vacuo inter ſe ſpatio, & tantùm vndique diſtent
Quiſque, haſtæ quanta & longæ pars altera, iuſſit.
Tum celeri ad tumulum tendant veſtigia paſſu,
Vt citò conſiſtant, cis ferreæ grandinis ictum.

Quæ mox ab Rege occupantur.

Contendêre animis, Tormentorumque volantes
Excepêre pilas pauci; mox impete primo
Cuſtodes calcant, aut Tilli ad Caſtra repellunt:
Agmen vbi denſum Sueciſque Gothiſque repugnat.

Et in Cęſareos cõtorquentur.

Ergò inventa celer, Partem Guſtavus in illam,
E tumulo flectit Tormenta, piliſque coruſcans,
Cæſareûm oppoſitos lacerat crudeliter artus,
Brachia, crura volant; fumeas diſperſa per auras;
Diffugiunt Croatæ, levibus Gens ignea pugnis

Terroremque

Terroremque ferunt retrò, incurſuque fatigant
Obſtantem contrà Peditem, ſclopiſque minantem.
Parte aliâ Süeco nil mitior, agmina ſaxo,
Ante agris diſperſa, ardens in bella reducit;
Segnitiem vlturus virtute, fugamque labore.

Saxonicorum aliqui in pugnam redeunt.

Saxonis at reditu vis, atque audacia creſcit
Serclaſio, exacuunt cumulata pericula curam:
Seu gemini afflictu ſilicis, dat ſemina flammæ
Iam maiora chalybs, augentque incendia venti.

Multiplex Tillij co-natus.

Ipſe humili tantùm petaſo, ſaguloque rubenti
(Penula quod fluitans humeris Hiſpana tegebat)
Conſpicuus, celeri diverſa per Agmina Manno
Diſcurrebat eques, mentem vireſque miniſtrans
Exemplo, monitiſque ſenex; agit omnia præſens,
Dux idem & miles. Palmamque hanc ipſe Süeco
Præripiat victor, ſi quâ decreta Tonantis
Arte queant, ſi quâ poſſint virtute, revelli.
Haud aliter ſeſe Schombergus & Holſata, quiſque
In ſtatione ſuâ, Furſtembergùſque gerebant;
Et Papenhemus adhuc, cui iam certamine feſſi
Sunt Equites, oculiſque fugam meditantur inertem.
At dum Bannerio (cuius non ſufficit amplis
Agminibus) propiùs Guſtavum accedere vidit,
Stipatum innumeris Suecùmque, Gothùmque Catervis,
Convertit Pars fræna retrò, fugeretque ſolutis
Ordinibus, ni fors placido ſermone moretur
Holſata, & in Regem, præiens Dux ipſe, reducat.

Adolphus Holſatius occumbit.

Sed primo cadit occurſu; nam plumbea fixit
Crus pila, quam certo diſploſit Vandalus ictu.
Mox Duce proſtrato, quiqui comitantur, habenis
Diffugiunt totis Equites: nec ſiſtere quiſquam
Ductorum potuit, tanta eſt ignavia cunctis,
Aut pavor, aut fœdè labentis tædia Pugnæ.
Eminus hocce oculis probrum proſpexit amaris
Tillius; & ſubito mœrore accenſus, & irâ,
Illuc vertit equum properè, avulſoſque per arvi
Immenſum, Caſtris avulſus & ipſe, requirit,
Si forſan valeant precibuſve, miniſve, reduci:

Cuius equitatum Tillius reſtituere conatur

Dum-

Dumque viâ fermè mediâ diſtaret utrimque,
Ecce (malum!) è Suecûm procurrunt agmine primo
Vnus & alter Eques; rectâque feruntur euntis
In caput, horrendoque necem clamore minantur.
Audÿt è dumis, & acutis vepribus (undè
Immixtas Acies, & iuſſa per otia, totam
Spectabat longè Pugnam, invituſque latebat
Angelus, Imperÿ Præſes) conceſſaque nactus
Tempora, momento trepidantibus advolat alis.
Nam ſclopum penitus Tilli ſub corde, Suecus
Obtulit, & verſo tinnÿt rotula incita dente.
Attamen obriguit fallax; flammamque negavit
Aligero cohibente, ſilex. Spe luſus inani,
„ Et morière (inquit Suecus) iamque occide, fruſtrà
„ Carminibus defenſe ſenex. Simul extulit altè,
Invertitque manu ſclopum, capuloque petivit
Serclaſÿ frontem, & nudâ extendiſſet arenâ
Exanimem, ſi non obiectum Tillius ictum
In cubito vulneratur. *Excipiat cubito, avertatque à vertice vulnus.*
Conſpecto hoc eius diſcrimine, concitat illuc
Æmilianus equum, veterum de ſanguine cretus
Saxonidûm (agnomen ditio minor attamen, illi
Lauvemburga dedit) ſequitur Lodigauſus eôdem,
Qui procul haud aberant, & vulnera plura parantem
Dum Süecum, ſimul invadunt, armiſque repellunt,
Illi, parte aliâ, ſclopum Gothus admovet alter
Sub ſcapulæ extremum, quà coſtas inter & armum,
Ad cor trans humerum recta eſt via promicat extrà
Igniculus, ſubitamque trahunt nitra indita flammam;
Mox & in dorſo gravius. *Et Tillÿ veſtem globulus cum murmure figit.*
Aſt illum penetrare vetat primâque retentat
In cute, complanatque in limine vulneris, Ales.
Traiectum ſocÿ credunt, rhedâque reponunt
Sanguineum, atque imo ſuſpiria corde trahentem.
Sed plagæ ſenſus, rediviváque ſigna, vetuſta,
Illa fuêre ſeni: cubiti iam namque ſiniſtri,
(Quod quondam ab Turcâ Regalem accepit ad Albam
Hungariæ in medio, dura inter prælia) vulnus,

Pelle

Pe'le recrudeſcit ruptâ, quâ nempè Süeci
Excepit capulum ſclopi, quem barbarus altè
In caput intorquens, cubitum pro vertice læſit
Obiectum, priſcoſque novavit in oſſe dolores.
Tota cruore fluit, pulſa reſoluta cicatrix;
Atque acer cordis pervaſit ad intima ſenſus.
Redditus vt primùm menti eſt, ad Caſtra referri
Serclaſius ſeſe, & deſerta pericula iuſſit;
Continuare iuvat Pugnas, pulcroque labore
Teutoniam vlciſci, fortivè occumbere letho.
Talia iactanti, Cronebergica protinus omnis
Appàret Legio, ſclopis dilapſa Süëcis:
Hortaturque fugam. Schombergo namque perempto,
Omnis penè Pedes ſpatia in diverſa receſſit. Peditatûs Pars retrocedit ab Equitatu deſecta, & Papenhemius
Triſtes relliquias Equitum, Papenhemus & ipſe
Saucius ac fugiens, Mersburgam abduxit in vrbem.
Et Cronebergus idem, Furſtemberguſque ſuadent Furſtembergus item & Cronebergus.
Serclaſio, dum fas, dum ſol non occidit omnis,
Paucul aque ad limen nemoris, ſubducta propinqui
Agmina, adhuc Acie reſtant, Hoſtemque morantur,
Ne profugoſve ſequi, aut deprenſos cædere poſſit.
Conſilium hoc firmat ſecretis vocibus Ales
Interior, ſub corde loquens; mentemque clientis
Irradians, & opem (ſi fugerit) inſuper addens
Pauca hæc, per tenuis quaſi ſibila ſuggerit auræ;
,, I fuge care Deo fuge; Diviniſque minorem
,, Conſiliys animum, & Bellaces ſubÿce motus,
,, Bellandi adveniet rurſum, ne accerſito tempus.
Tillius Aligeri monitu iam lenior, imus Ac demum ipſe Tillius, & cum eo multi
,, Imus ait quocumque via eſt. Ferit ergo ſonanti
Increpitans flagro ſenos Auriga iugales,
Lora movens; profugitque rotis ferventibus Hallas, Tota hæc de Tillij Fortitudine, læſione, fugâ narratio eſt viri religioſi & ſacerdotis qui aderat.
Miſnenſis Terræ, famæ haud ignobilis, vrbem:
Circùm mæſta licet, celeri tamen vndique curſu
Conſequitur pedibus, vel equis aſſueta Iuventus.
At qui ſe Campo vicinæ ad limina ſylvæ,
(Integra victoris vitantes Caſtra Süeci)
Rettulerant Pedites, Legionum gloria prima

Peditum Veteranæ Legiones quinque totumferè Exercitū ſuſtinent.

Serclaſidûm, largo quos Dictirſtinius auro,
Goſſius & Cheſius, Blancartus, Baldero, quondam
Collegêre Duces, aptavit Tillius armis;
Agmen terribile, & nondum ſuperabile bello,
In lunam denſi coëunt (nemus arbore multâ
Poſteriora tegit) frontem, & duo cornua firmant
Compoſitis in ſepem haſtis; aſt intima ſclopis,
Immotoque hærent, haud æqua ad prælia vultu.
Quippè propinquabat Guſtavi Exercitus omnis.

Peditatum repellunt.

Invaditque Pedes Peditem primò; atque repulſus
Terque quaterque redit; mox terque quaterque receſſit
Ingenti cum clade. Vetat nam plumbea grando
Adniti propiùs, tenſiſque accedere telis.
Et quemcumque oculo longè ſortitur acuto
Defenſor, certo ſubeuntem deÿcit ictu.

Mox & Equitatum.

Ira ſubit Regem, Pedites pudor. Ille Phalanges
Intactas Equitum, primoq; ardore feroces
Expedit, atque viam toto iubet Agmine rumpant.
At tantùm armati ſclopis brevioribus illi,
Arcentur longis; propiuſq; accedere quidam
Et firmo obtutu, & nudatis enſibus auſi,
Haſtarum obniſu, ſellis rapiuntur equorum,
Præcipiteſque ruunt terrâ, aut à pectore ad armos
Traiecti medios ſublimè per äëra pendent,
Dum vitam exanimes bina inter ſpicula ponant.
At quam non dederant gladÿ, Tormenta dedêre
(Guſtavo mandante) viam. Quippe omnia dudum
Tantam in virtutem, toto ſtridore furebant,

Tormentorum diſploſione ſolvuntur.

Mittebantque pilas, & ferrea fruſtula latè,
Magnanimoſque virûm lacerant crudeliter artus,
Duravêre animi, quamquam proſtrata recumbant
Corpora; iamque armis vires mutilata regendis
Membra negant. Lavâ pugnat, cui dextra revulſa eſt,

Adhuc fortiſſimè repugnant.

Cui crus, poplitibus ſe ſuſtinet; atque lacertis
Tendit adhuc ſclopum, vel nudo fulminat enſe.
Cæſarei Süecos adeò, vim vique repellunt,
Militiâ atque ævo duri; nam plurima multis
Canities, capitis rugas, mentique tegebat.

Iamque

Iamque fatigati ſenſim certamine longo,
Occiderent omnes, ſed nox adlapſa diremit
Prælium & eripuit manibuſque oculiſque Gothorum
Reſtantes, queis nempe fuga eſt conceſſa per vmbram.

Partim cæduntur, Partim noctis beneficio fugiunt.

Rex victor, quamquam nullos iam conſpicit Hoſtes,
Illorum at celerem reditum, inſidiaſque paveſcens,
Nocte tenet Campum totâ; & ſe laſſus in herbam
Abÿcit, expectans ad mollia gramina ſomni
Dum veniant, duroque levent certamine feſſum.

Rex noctem in campo traducit.

At ſomnos curæ, & numquam ſaturabilis arcet
Ambitio, & Belli, quod heri bene geſſit, imago,
Obverſans animo, blandè importuna recurſat.
Nulla quies: tum ſe latus ipſe in vtrumque volutans
Alternis, „ Quis fructus, ait, niſi profero bellum
„ Vlterius? nihil hac feci per Prælia noſtrum,
„ Quod non antè fuit. Sociorum eſt Miſnica Tellus,
„ Quam premimus: nunc arva vocant hoſtilia, dudum
„ Et bellis intacta. Hic vina, hic tritica latè
„ Luxuriant, laudiſque ſeges. Quin tendimus iſthuc
„ Dum licet, atque priùs, quàm ſeſe colliget Hoſtis?
„ Momentis ſtant bella: moram mala ſæpè ſequuntur
„ Longa brevem. Mihi tota patet Germania, & omnes
„ Cunctandi, præſens adimit victoria, cauſas.

Ac fere inſomnem.

Sic ſpes nocte trahit magnas Rex turbidus, altè
Vibrans conſilia: & circùm eſt Exercitus omnis
Feſſus adhuc, ſtructiſque expellens ignibus vmbras,
Dum Caſtris eos primo ſe refferat ortu.

Circum Regem Exercitus.

LIBRI SEPTIMI

Argumentum.

L Ipſenſis huiuſce cladis cauſa, fuere, & Cæſareorum quidem militum (velut Suevicæ Virgini Leproſæ, pôſt paulò renuntiaſſe Deipara dicitur) & fortè Germanicæ inſuper Gentis flagitia Nam & ipſa, adeò diu, horrendéque vaſtata eſt, tanquam multorum graviumque pœnas criminum, vltori Numini daret, ex alterius Virginis Pragenſis, & ſanctitate claræ, Vaticinio. Quippe cùm hæc, annos abhinc duos, Lætitiam Pragæ publicam feſtivoſque ignes cerneret, ob profligatum Daniæ Regem ad Lutteram, temperari ea gaudia iuſſit, aſſerens brevì Germaniam Bellis penitus evertendam, Belgium ad vſque oſſa cędendum, Hiſpaniã quoque graviter affligendam, & Galliam denique lacerandam. Et per Germaniam quidem victor Guſtavus, adeo celeriter damnoſeque, Torrentis more, inundavit, tanquam Numinis manu duceretur. Expugnationibus, Deditionibuſque vrbium, dies propè ſinguli ſignabantur; quoſdam totarum Provinciarum occupatio notabat. Ita relicto ad Lypſiæ obſidionem, ſuis cum Copiis Saxone, cæteræ repente Miſnia, Halberſtadienſis, Anhaltina, Mansfeldica Ditiones, Regi ſe dedunt. Inde in Thuringiam Franconiamq́; pari celeritate perrectum eſt, & felicitate. Erfurtum atque Herbipolis, Provinciarum Metropoles, apertæ, Conixhovium, Franconiæ Clavem, ſitu & arte inexpugnabilem, antè aperuerat Regis acceſſus; & Arx Mariæburga, Montis ad Nicenum & Herbibolim rigidi confidentiâ repugnans, per vim, pòſt paulò ſuperatur. Infortunij Germanici complementum fuit, ſerus Tillij cum reparatis per Saxoniam, VVeſphaliam & Haſſiam Caſtris, atque exercitu Caroli Lotharingiæ Ducis adiuncto, ad Mariæburgæ iam expugnatæ liberationem adventus, ſed & prudens moderatio Regis, certamen in vtrumque illum Hoſtem detrectantis. Ad longiores gravioreſque Germaniæ pœnas ea valuit repulſa, quando, Tillio, poſt ſollicitatam fruſtra Norimbergam, ad Danubium, (Brumæ & victûs neceſſitate) regreſſo, Lotharingicis autem in Rheni & Neccaris Oppida ſparſis, faciliùs victoriam Rex, ad Mœni extrema protulit. Quamquam hic eius in Franconiam, præquam in Auſtriam

ſtriam milite nudam,flexus,ad redeuntis fortunæ indicium à Ferdinando acceptus eſt;& tanquam intermicantis ſideris radius,per denſam nubem apparens. Potuit Imperium tunc totum in Capite ſubigi. Nihilominus, felicitati Regis palàm attribui cœpit, quidquid Ticho Brahe, accuratus ſuperioris Ævi Aſtronomus, è novæ ſtellæ, ad Caſsiopæam ſexagintà ab hinc annis exortæ, contemplatione, de quodam Finladiæ Principe,ſcitè pronuntiârat. Mox & de Marinæ Scobartiæ familiariſsimæ Deo Virginis Hiſpanæ, cum eodem Guſtavo Rege, circa Religionis Catholicæ agnitionem,& profeſsionem colloquiis, aliquid ſurdè iactari. Et is differre magis quàm defugere dicebatur, immaturæ adhuc opportunitatis obtentu;atque avido Honoris Principi periculoſum videri, victorias Lutheranæ ſuperſtitionis ſtudio partas, nondumque firmatas, eiuſdem curationi committere. Nam, ſi-quæ aliæ Mortalium res, imprimis certè Populorum & Principum favor & gratia, per ea tutiùs conſervantur,per quæ parta ſunt.

Digitized by Google

LIBER VII.

HEſternam cædem poſtquam rubicunda retexit
Luce novâ, & retulit Caſtris Aurora colorem:
Protinus herboſo Guſtavus membra cubili
Excutit, & densâ Procerum comitante Catervâ,
Ad Pugnæ loca cuncta pedes lætiſſimus exit.
Quò ſe cumque movet, proſtrata cadavera letho,
Cæſarei Suecis immixti, ignobile vulgus
Magnanimis, nudique omnes, & ſanguine fœdi
Apparent procul; ille oculos per ſingula verſat,
Quà quodque Agmen ijt, quo cœperat ordine primùm,
Quo ceptum perfecit opus, quo deindè receſſit.
Corvilli hic animos effert; hic auſa ſagacis
Bannerij, quodque auxilium ſibi contulit Hornus.
Nec ſe preterijt; verùm quæ geſſerat ipſe,
Iam non virtuti, ſed ſorti accepta ferebat.

Rex campum poſtridie luſtrat.

Quin laudem cæſo nec diſſimulabat in Hoſte:
Dum quo Schombergus, vel quo Bamgartius acer,
Grottius, Ervittuſque locis cecidêre, viciſſim
Conſpiceret, glebas virgâ (quam fortè gerebat)
Contingens, „ Et erant, ait, illi vincere digni,
„ Si modò cauſa magis, ſi ſors magis æqua fuiſſet.
Aſt vbi Taufelius, ſimul Hallius occidit (ille
Regis amor, ſed & officijs inſignis & armis)
Vt venêre; gradu per mœſta ſilentia preſſo,
Bis gemitum dedit averſus. Quin cætera Campi
Rex pedibus loca perluſtret, ni Saxonis adſit
Legatus, fauſto qui pro certamine grates
Reddidit, ac petijt ſua iungat vt agmina rurſum,
Lipſiacamque premat Caſtris communibus vrbem.

Vandalus

Vandalus aſſenſit, ſubitòque Exercitus illum
Acceſſit geminus. Sed quando accepit Adolphus
Cæſareis ter mille, Arcemque vrbemque teneri:
Nec dedi iam poſſe brevi; vltrà ſcilicet, vltrà
Prodire, atque aliò ſtatuit protendere bellum.

Ad Lipſiam obſidendum ſuum cum Saxonico Exercitum iungit. Quo ibi relicto,

Quò primùm addubitat; nec in vna parte quieſcit,
Quam petat. Ergò frequens ſua ſub Tentoria cogit
Concilium. Venêre animis concordibus omnes
Saxonici, Sueci. Menſe ſedet ipſe ſupremo
Edicens, quæ cuique placet ſententia, promant.

Conſultat quam in Partem ſuum convertat.

Hornius incepit. „Terris magis omnibus vnam
„ Ambio Franconiam, quæ planis occupat arvis
„ Teutoniæ medium, ſpumantis & ipſa Lyæi,
„ Et Cereris largæ, & pugnacis fœta Iuventæ.
„ His alere & latè liceat producere Caſtra,
„ Atque Hoſtem, poſtquam vires collegerit, omnem
„ Diſtrahere in partes, totus ne denique nobis
„ Incubet exultans, & iniqua ad Prælia cogat.
„ Mitto quod hæc ſocios, & amicas reſpicit Ora
„ Gentes Vangionum, Suevûm; & quas Norica Tellus,
„ Quas claudit Boihæma, & montibus Haſſica duris.
„ Quas ſi Rellìgio dudum, & Lipſenſia nuper
„ Fœdera, vix notis adeo iunxêre Suëcis;
„ Arctiùs at tanta hac Victoria, & obvia pulcræ
„ Spes libertatis, Caſtris præſentibus addent.
„ Scilicet hi Populi nobis & pabula & arma
„ Sufficiant, vrbeſq; ſuas & flumina pandant;
„ Et tutos, ſi dura premat fortuna, receptus.
„ Teutoniæ demum cor eſt, & viſcera Magna,
„ Franconia; hinc vires, hinc vita cætera tantùm
„ Membra trahent, quantùm ſpiraverit Hoſtibus illa.
„ Haud ego dum venor iaculo, volucriſve, feræve
„ Crus, humerumve petam, ſi cor transfigere pòſſim.
Arriſêre aliqui dicto, aſſenſumque dedêre.
Oxiſternus contrà (Genus illi è ſtirpe vetuſtâ,
Atque manu mens prompta magis, prudenſque futuri,
Conſilijſque ſagax, & rebus idonea magnis)
Hornij ſermonem placido ſic ventilat ore.

Franconiam ſuadet Hornius.

„ Et

Auſtriam Axellius Oxenſternus.

,, *Et mihi (confiteor) bello ſatis apta videtur*
,, *Franconia, & Caſtris diverſâ Parte movendis,*
,, *Spargendoque, in nos totus ne confluat, Hoſti.*
,, *Inde viris victus, Iumentis indè vehantur*
,, *Pabula per Mœnum, Rhenumque alioſque per Amnes.*
,, *At non ſuſtineam lętiſſima Franconis arva*
,, *Præferre Auſtriacis; ſeu fertilis ubere glebæ,*
,, *Seu pecoris numero, ſeu Pubis robore certent.*
,, *Quid numerem, & quantas dominatrix Auſtria Gentes*
,, *Supremis regit imperijs; quas Mura, Savuſque*
,, *Quas Dravus, Salniſque rigant, quas Adria longè*
,, *Alluit, atque iugis circumdant pinguibus Alpes?*
,, *Et duo Regna tenet, quæ maximus Iſther & Albis*
,, *Fœcundant; Populiſque etiam pugnacibus augent;*
,, *Qui Bellum inter ſe multos duxère per annos.*
,, *Teutonia haud illi reliqua, haud Europa roganti*
,, *Auxilium, ſacris vel ſanguine iuncta, negabit,*
,, *Fernando dabimus ſpatium ſi fortè rogandi.*
,, *Nec minùs aut Bavarus, locupletum aut maxima deerit*
,, *Turba Sacerdotum, quorum precibuſque lucriſque*
,, *Edixit nuper Leges & fœderis ipſas*
,, *Unam Lipſiaci cauſam, motûſque ſecuti.*
,, *Adde quod & Latij Antiſtes; quod Etruſcus, Iberque,*
,, *Argentum; & Pubem, quam Danus, Sarmata, dudum*
,, *Obliqui Suecis, quæſito nomine mittent.*
,, *Illinc quanta brevì ſibi colliget Agmina Cæſar:*
,, *Si dum Franconiæ medio cunctabimur, illi*
,, *Optatum dabimus tempus, nova Caſtra parandi?*
,, *Ergo mea penitus ſedet hæc ſententia menti,*
,, *Auſtria poſcatur bello: primumq́; Vienna,*
,, *Auſtriæ, & Imperij magni Caput; ipſa recenti*
,, *Conſternata metu, vacua armis, milite nuda*
,, *Nuda animis: Fugiet Cæſar; nec tempore longo*
,, *Defendent, ita deſerti ſua mœnia Cives.*
,, *Auſtriadum quin ſi ſub pectore fortè Lutherus*
,, *Vivit adhuc; venient, & opem oppugnantibus addent.*
,, *At ſaltem Agreſtes, Onaſi qui rura vadoſi*
,, *Magna colunt, dudum Gens relligionis anhelans*

,, *Vindictam*

„ *Vindictam, expectanſque Duces, quos ſponte ſequatur:*
„ *Porriget hoſpitibus dextras, tutoſque receptus.*
„ *Præmeditata loquor; iungantur Suecica Caſtris*
„ *Saxonicis iterum, Auſtriacoſque effuſa per Agros,*
„ *Teutoniæ caput, aut validâ obſidione, Viennam,*
„ *Aut ſubito ſimul aſſultu, quod præfero, captent.*
„ *Ni caput exſcideris, licet alvum ac viſcera vellas,*
„ *Virus adhuc mittet ſerpens, vivaxque reſurget.*
„ *Cætera ſic ſtabit Germania ſtante Viennâ.*
Dixerat: & reliqui vocem in diverſa ferebant — Cæteri diverſa ſentiunt
Conſilia; aſſenſum tamen, & proclive dedêre
Saxonici, præſens, quos deſolatio pungit,
Auſtriaciſque vicem ſuadet modò reddere, quantam
Miſnıacis nuper Dux Tillius intulit arvis.
At Regem in Myſtas odium, diveſque ſupellex
Templorum, & magnis ditatæ cenſibus Aræ,
Franconiam vt tentet, ſtimulis magis acribus vrgent.
Paruit; Oxſternumque adſpectans (namque benignè
Audierat, magnoque virum celebrabat honore,
Facundum eloquio, & rebus matura loquentem)
„ *Ibimus Auſtriacas (deſiſtito quæſtibus) inquit,* — Rex in vtraque inclinat, ſed in Franconiã primùm.
„ *Ibimus in Terras, captabimus atque Viennam.*
„ *Sed non antè, ſuam quàm Saxo receperit armis*
„ *Lipſiam, & in Regnum penetraverit vſque Bohæmum.*
„ *Hac iter eſt rectum: quod poſtquam inſederit, illuc*
„ *Factâ nempè viâ, tuti facileſque ſequemur.*
„ *Noſtra in Franconiam intereà ſeſe agmina vertant.*
Nulla mora eſt. Peditem fuſco cava Tympana pulſu; — Suum illuc Exercitũ movet.
Æra cient Equitem; ſonitu ingeminante per auras.
Exit & è vallo, magnoſque Exercitus agros
Ordine totus init, diverſæ vt nomine & armis, — Gentes in eo plurimæ
Sic linguâ pariter, vultuque, & corpore Gentes.
Prima tenent Süeci, Suedivè (Suenonas illos — Sueci, Suedi, aut Suenones
Dixit, & ab Süevis, quos naſcens irrigat Iſther,
Extremâ vocis diſcrevit parte vetuſtas)
Inque Equitum medio Pedites, quos certa colore — Eorum præcipuæ Legiones quaternę Flava, Purpurea, Cerulea, Fuſca.
Et proprio ſignat legio; nam flava rubentem,
Glauca prait furvam, & vexilla vndantia cingunt.

X *Qualis*

Qualis vere novo ſpectantum diſtrahit Hortus
Lumina, depictos diverſo flore, quaternos
Oſtentans campos. Flavis tantummodo calthis
Ille flagrat, rubet iſte roſis; liventibus alter
Palleſcit violis, alter glaucis hyachinthis.
Suecanæ hac ſpecie Legiones quatuor ibant,
Agmen Guſtavo pretioſum, & Martis ab illo
Condidicit leges, præceptaque fortia Belli;
In Moſchos fuerant, Danoſque, acreſque Polonos,
Multa illum per Caſtra diu, caſuſque ſecutæ.

Vandali, Gothi.
Succorum incedunt nunc poſt veſtigia latè
Vandalicique, Gothique, Europæ fulmina quondam,
Qui modò Teutonicæ; queis nondum è pectore, Magnam
In Matrem furor, atque odium deceſſit Avorum.

Eſthenij, Ingri.
Illos Eſthenij gravibus; levioribus Ingri
Longiſque horriduli ſclopis, comitantur vtrimque.

Finni, Curlandi, Lapones ſeu Lapij.
Indè retrò Finni, Curlandique agmine denſo,
Atque truces formâ Lapones, parvoſque ſub artus
Ingentes animæ: gelidâ Gens nata ſub vrſâ

Eorum ſitus.
Orbis in extremo. Sol horas luminis, illi
Tres tantùm adſpergit, quoties ſub ſidere Cancri
Pertigit, Europæque novum iubet ire Decembrem.
Noctibus horrendis Gens, frigoribuſque Trionum.
Carminibuſque olim, & ſacris addicta pudendis,
Nunc quoque pauca tenens fœdi veſtigia Moris.

Antiqua Veneficia.
Cuique ſuos Tecto famulos dedit Arbiter Orci,
Vocibus ad foculum paucis, herbiſque vocatus.
Ædes illi habitant, nigræ ſub imagine formæ,
Pygmæi: tot Afro credas ab littore miſſos
Æthiopas; nec penſa ſibi mandata, recuſant
Vile miniſterium; aut ſordes everrere ſcopis,
Aut ignem ſtruere, & calidâ detergere lances.
Quin & Heras Virgâ tactas, & putris olivæ
Linitas Succo, rapiunt per ſumma camini
Ad Quercum agreſtem, vmbroſæque tripudia noctis.
Ipſe chorum fœtens ducit Caper, artubus atris;
Oſcula fœda ſinens, & honorem poplite prono.

Cum malis genijs familiaritas.
Sæpè ſuis ijdem dominis ſecreta reportant

Indicia,

Indicia, illapſi tunicis, tortove capillo,
Aut gemma medio, quam ſtanni continet orbe
Annulus. Hinc ſortes Domini, hinc oracula quærunt,
Et diſcunt quæcumque Mari, Terrâque geruntur.
Sæpe etiam in Campo tutos Tela omnia contrà
Sulphureaſque pilas, & noxia toxica, reddunt.
Officijs ſua ſtat merces. Poſt pacta ſubindè
Tempora, vel rapiunt miſeros, pariterque ſub Orcum
Præcipitant; vel ſi quandoque intacta relinquunt
Corpora, ſaltem animas ſtygis ad cruciamina raptant.
His aliqui Lapios philtris hodieq; teneri
Credebant, moremque Patrum ſervare Nepotes.
Et ſpecies externa fidem credentibus auget;
Craſſum cuique caput, pendens ab vertice cauda, **Externa ſpecies.**
Crus curvum, at promptum ſoleis incedere ligni,
Per glaciem, curſuque ſequi volucreſque feraſque.
Gens dapium & Pacis fugiens, in prælia cultros **Bellandi ratio.**
Exacuit. Lanios credas in guttura Tauri
Irruere, admiſit duram qui fronte ſecurim.
Livonij excipiunt Lapios; Pruſſique probroſis **Livones ſeu Livonij, Pruſſi ſeu Boruſſi.**
Numinibus quondam infames; ſed denique magnæ
Virginis auſpicijs, ad Chriſti ſacra reducti,
Quando illinc ſolymis rediens, Divæque ſacratus
Teutonidum Cœtus Equitum (ſub veſte niventi,
Atque atræ Crucis Inſigni, quam quiſque gerebant) **Ab Mariani Ordinis Militaris Fratribus deuicti & ad Chriſtū traducti.**
Nempe Iovis Quercum abs imâ radice revulſit,
Et Mariaburgum poſuit de nomine Divæ
Victricis, magnam ſuperatis Hoſtibus urbem.
Succorum extremi Caſtrorum, & maxima virtus,
Teutonidæ, Friſones, Angli: Gens prodiga vitæ, **Angli.**
Laudis amans; quam Saxonico dè ſanguine natam
Inſula magna aluit dudum, dixitque Britannos.
Octonas illic Legiones condidit auro
Rex Carolus, pridem Frederici affinis acerbum
Exilium miſerans; & avitis reddere Terris,
(Cùm nil per Pacem potuit) per prælia tendens.
Oceano avectas, Partem conceſſit Adolpho;
Partem trans Oderam, longè in Sileſitica traxit

Ductor Hamiltonius, Lelio comitatus, in arva.
At Friſonum Batavi, & conſanguinitatis amore
Hollando Friſones. *Miſit Arauſiacus quatuor, propè millia, Princeps.*
Omnes loricâ protecti, haſtâque minaces,
Aut ſclopo, aſſueti bellis, Pugnaque pedeſtri.
Germani. *Teutonidum Pars maior, equo graviore ſedebat*
Ferrea tota, caput, collum, armos, pectora, crura.
Multi ſe ad Regem, deſerto Cæſare, nuper
Contulerant ipſis Fridlandus quandò Tribunis
Deſiit, & Caſtris ductor ſimul eſſe ſupremus.
Probitatis in eo Exercitu ſpecies. *Quin adeò par iſta decor, par iſta regebat*
Caſtra ingens probitas, qualem ſinit Hæreſis eſſe,
Regnat vbi Domina, & ſummi ſedet arbitra iuris.
Crapula vſque procul, duo laxamenta vigoris;
Et ſcorta, infames animæ; molliſque virorum
Illecebra, infringens fortiſſima corda, voluptas.
Pœna premit ſontes. Statione impunè recedat
Haud quiſquam; iuſſoque à munere ſegnis aberret.
Leges ſeveræ. *Si vim vel ſocijs faciat, cortivè, larivè,*
Vel ſegeti, aut veſtem prenſet, rapiatve pudorem
Invitæ, rigidus plectit ſcelera omnia Cenſor.
Nec minùs his abſunt, & Ludus, & Otia Caſtris,
Labor. *Militiæ Peſtes. Aliquis labor vſque Iuventam*
Detinet aſſiduè. Proprium Dux quiſque, cohortem
Erudit ad fortes per ludicra prælia, Pugnas.
Atque hæc ipſe ſuis ſolers providit Adolphus;
Quos ne per brumam virtus vitiata reſolvat
Vrbibus exceptos, & inertis torpor in vmbrâ;
Abſtinet hybernis illos, Annumque per omnem
Bella trahens, cogit Campo durare rigenti.
Vnum frigoribus nimijs, ventiſque levamen,
Innumeræ pelles, ſtolæ & villoſa ferarum,
Finnonijs devecta iugis. Hoc tegmine tantùm
Defenſus miles, nudaque ſupinus arenâ,
Æthere ſub gelido noctes, & frigora fallit.
Superſtitioſa religio. *Caſtrorum has Leges inventaque plurima Regis,*
Vana ſuperſtitio, non vano robore firmat.
Quippè gravem vultu Legioni cuique, Lutheri

Præconem

Præconem addiderat, qui conſequeretur & ipſe,
Quocumq; illa pedem moveat; qui crimina cenſor
Carperet ex alto, moreſq; notaret amaros.
Ipſe etiam (quoties Aurora rediverat Orbi,
Vel noctem vmbroſo revehebat ab æquore veſper)
Diſtinctos modulis Pſalmos, Rhythmoſque docebat
Præcentor, quos mox Acies didita formâ
Tota recantabat Legio, magnâque vocabat
Voce Deum, eventus belli daret indè faventes.
His cincto Agminibus Regi, feliciter ibant
Omnia; & in gremium veluti ſe ſpontè ferebant.
Vrbes quamque diem captæ, capta Oppida ſignant,
Merſburgum primam, fortis licet Halla, ſecundam,
Terna Moriſburgum præda eſt, & Miſnia paret
Tota brevi gaudens. Fernando Lipſia reſtat
Vnica, quam primo dedendam tempore, Saxo
Conſilijs Caſtriſque ardens ingentibus vrget.

Occupantur Merſburga, Halla, Moriſburgum, & tota Miſnia præter Lipſiam per Saxonē obſeſſam.

At veluti non æqua ſatis ſint Oppida Regi,
Iam ſimul & toti cum Terris protinus amplis
Se dedunt Populi, quos Princeps, Principis hæres
Patris, Anhaltinus; quos Halberſtadius vrbe
Præcipuâ, & magnâ Præſul ditione tenebant.
,, Tum Rex Bannerium affatur; Nos tendimus vltrà,
,, Hæc tua ſit ſtatio; Gentes tibi credimus iſtas,
,, Quas regere intereà, iuſsiſque armiſque memento.

Mox Anhaltina & Halberſtadienſis Ditiones.
Quibus Rex Bannerium præficit

Inde ad Thuringos Victricia Caſtra feruntur:
Erfurtumque, amplis ingentem mœnibus vrbem,
Totiuſque Caput Gentis, ſine cæde ſine ictu
Læta ineunt. Exit Portis animoſa Iuventus,
Fervida ſpectandi Regem vltoremque Lutheri.

Et Thuringiam ingreſſus, Erfurtum occupat.

Scilicet hinc peſtem Monſtrum, primoſque furores
Sparſit, Chriſtiparæ ac Divûm ſæviſsimus Hoſtis.
Tantæ (Guillelmum, cui dat Vinaria nomen,
Saxonicus ſtirpem ſanguis) Rex præficit vrbi,
Fratrem Bernardi, quem forti pectore & aſtu,
Bella in Cæſareos ſat fortunata gerentem,
Nunc alter Guillelmus habet, cui Natio paret
Haſsica, dicta olim duro ſub nomine, Catti.

Guilielmum VVeimarienſem ei præficit.

Cuius Fratrem Bernardum Haſſo anteà commodârat.

Inde in Thuringiæ Sylvam.

Erfurto horribiles ſilvas, nemora invia dumis,
Saecanæ ſubeunt Acies, & limine in ipſo
Solvuntur primæ. Locus ipſas dividit aſper,
Abruptuſque iugis. Dein præcipites amfractus,
Et latebris regio, tectaque accommoda fraudi
Iamque viros auræ, & foliorum ſibila terrent.
Fortè pedum, Vocumque ſonos, fuſcoſque tumultus,
Indigenarum Equitum cuneus (qui Caſtra præibant
Signabantque vias, & nota pericla viarum)
Audijt ex vmbrâ ſaltûs, & colle propinquo.
Hæſit, & adductis veſtigia preſſit habenis,
Auſcultans, quæ vox; quis ſit ſonus ille, ferarum,
Anne hominum; aut iſtic quiſnam ſe condidit hoſtis.

In Agmine Primo turbatio tanquam ob inſidias Aldringeri.

Primorum exemplo ſtant agmina cætera retrò;
Et procùl accurrens ſtricto Baudiſſius enſe
,, Increpitat, Quæ cauſſa moræ, quin tenditis vltrà?
Cæſareos (vero fingebat proxima, Terror.
Et Suecis impar, paucis hinc antè diebus
Serclaſio Aldringus profugo ſex millia raptim
Duxerat) in latebris clamant conſiſtere iuxtà,
Cornipedum auditos fremitus, ſonituſque virorum.
,, Ille metum premit, atque ,, Animis perſiſtite, dixit.
,, Tu ſuper hanc, quam Steno vides, aſcendere Pinum
,, Ne dubita, & celſo de culmine deſpice circùm,
,, Si quidquam eſt. Vlnâ truncum complexus vtrâque,
Adſilit in nodum Steno, quem deindè prehenſans,
Moxque alios alioſque, & toto corpore nitens
Momento in ramos agilis ſeſe extulit altos,
Ipſe ſuper rigidas doctus decurrere rupes,
Et iuga, vbi celeres nequeant conſiſtere Capræ.
,, Nunc ſummam exuperans primum; ſex, cornibus, inquit,
,, Aſpicio Cervos, ſex ſævis dentibus Apros
,, Inter ſe Pugnas & vulnera cruda ferentes.
Riſerunt ſocij, riſit Baudiſſius infrà;
Atque feras illi properent invadere ruptis
Ordinibus; ſed Dux rectà procedere iuſſit.
Tres tenuit Nemus omne dies; tandemque patentem
Ingreſſi campum, ſpatijs potiuntur apertis:

Atque

Atque Aulam-Regis (munitam in finibus Arcem
Franconiæ) Suecis dedi clangore, miniſque
Sollicitat Tubicen. Reſpondet fortia Miles,
Qui modico muros & propugnacula ſervat
„ Præſidio; Iſta minis haud cedent mœnia vanis:
„ Iungite vim verbis, ſi qua eſt. Rex ergò repulsâ
Opponi ſibi quando moras, & creſcere ſenſit
Obſeſſis animos, ingentem à culmine Turrim
Tormentis agit in præceps, fundoque revellit.
Dein hæc deferri trepidis ad mœnia mandat:
„ Dum licet, excedant Portâ queis ſexus & ætas,
„ Et Regis pietas parcunt; ſedet ignibus vrbem
Vertere, & armatos penitus concidere ferro,
„ Noſtræ damna moræ ſanguiſque igniſque piabunt.
Atroces valuêre minæ, Turriſque ruinâ
Corruerunt animi, magnumque videtur & ingens
Iam pavidis, abitûs leges ab Rege paciſci;
Siſtere quem potuêre diu, vel frangere longâ
Obſidione, ipſis ſua vis ſi nota fuiſſet.
Intereà Herbipolim tanta infortunia portans
Curſor init. primumque Hazfeldi ad Præſulis aures
Deditionem vrbis, vimque aſſultumque Sueci
Inſpirat tacitè, vtque ſibi modò conſulat, orat.
Ille inter Proceres menſis iam penè ſecundis
Sidebat, varioque epulum ſermone ferebat.
(Namque illi mitram dederant Comitia nuper,
Franconiæque Ducem clerus concordibus ipſum
Optarat votis) ac, „ ſi Deus annuat, inquit,
„ Tempora progreſſu, nobis magè dulcia fient,
„ Principium expertis cœptæ ditionis amarum.
„ Aulam-Regis habent Hoſtes, Denſique propinquant.
„ Defenſor mihi rarus adeſt, iuxtâque viſurgim
Tillius errat adhuc, laceratâque Caſtra reſarcit,
„ Auxilium ſocijs ſerum. Obſidione peribit
„ Herbipolis parva eſt humili fiducia muro:
„ Effugio eſt quærenda ſalus. Sic fatus ab aulâ
Deſcendit, gazaſque omnes in vaſa recondi
Imperat, & celſam Kellero credidit Arcem:

Conixhoviam Franconiæ clavem ad deditionem ſollicitat.

Et obtinet.

Franc. Hazfeldius Herbipolenſis nuper Epiſcopus, Herbipoli fugit.

Hanc

Hanc Marialurgum, Diva de nomine dicunt,
Et rupi impoſitam Mœnus diſcernit ab vrbe,
Nullâ parte aditum, medio niſi Ponte relinquens.
Illius ad ripam, gazâ comitatus adivit
Hazfeldus; pueroſque videns pomeria propter,
Inde pilas, atque inde trochos, agitare flagello,
Ducere quoſdam Aciem ludo, & ſimulacra ciere
Militiæ, geminiſque bilares concurrere Caſtris:
Ingemuit ſecum iam ſeria bella volutans,
Quæ neſcit, ſed queis rudis affligtabitur, ætas,
Ipſa ſui ſecura & Suëci cæca propinqui.

Et ſimul è Clero, & Populo plurimi vſque Coloniam.

Hic Turbam totam diffuſam littore cernit,
Myſtaſque Procereſque, & Cives agmine denſos
Patreſque, ac tenerâ matres cum prole, ſequendi
Iam certos, quocumque velit deducere Præſul.
Lætitiam ſimulat vultu, Currumque decorus
Ductor init. Sequitur vulgus miſerabile longè;
Pars Aſchenburgi remanet; Pars altera tendit
Francfurtum; reliqui ad Moguntia littora pergunt,
Inflatis vbi regnat aquis, viridiſque rubentem
Abſorbet Mœnum, potiori gurgite, Rhenus.
Fluminis at curſum ſequitur, tutumque requirit
Exilium procùl Hazfeldus; dum ingentibus ipſum
Accepit, longum tutura, Colonia Portis.
Vltimus Herbipoli fugientum Cœtus, eundo
Inſuëtus, retro greſſum tardeq́ trahebat.
Multi illic Sophiæ leges, arcana Matheſis,
Cauſaſque abſtruſas rerum, & vaga ſidera cæli
Telluriſque globum, & numeros & pondera norant.
Pervenêre Nemus, multâ nemus ilice denſum,
Vnde putant veteres ſpiſsi de nomine, nomen
Illi Speſſardum, fluxiſſe à voce latinâ.
Fons nemore in medio, puris argenteus vndis.
Muſcoſâ exiliens latebrâ, fundoque recumbens
Illimi, & placido volvebat murmure bullas.
Circùm planities, & gramine ſcena virenti.
Conſedêre viâ feſſi, longoque labore.
Et promptas cepêre famem ſedare per eſcas.

Delitium

Delitium fuit Armus Ovis; quem ſegmina Porcæ
Transadigunt; paucique aderant è vite racemi,
Atque ampulla mero prægnans, quod frigore tingunt
Prætereuntis aquæ. Mox inter prandia narrant
Quàm ſubitò, quâ quiſque viâ diſceſsit ab vrbe
Quò, quà quas cædes, quæ incendia fecerit Hoſtis.
At reditum quæ ſera dies, quis refferet Annus,
Chabbotides quærit. Reſpondet Frinckius illi,
Frinckius Aſtrorumque ſciens, Terræque Mariſque.
,, Et Patriâ pulſis pronè ſuccurrere gaudet,
,, Tanti non ignara mali, bona mater Ieſu,
,, Dum fugeret Regis gladios, Natumque prophanam
,, Ferret in Ægyptum, ſeptem dolitura per annos.
,, Ac veſtri mora tanta (fides ſi danda Tichoni) — Tichonis Brahè ortus & ſtudia
,, Non erit exilij Ottonum de ſanguine cretus,
,, Otia vitavit iuvenis, ludoſque peroſus
,, Ingenuis virides conſumpſerat artibus annos.
,, Poſt ævo gravior, ſedem quæſiverat aptam
,, Sideribus per inane oculo vtroque ſequendis
,, Balthiaci maris extremo, quà finibus illud
,, Iungitur Holſatiæ, Dani eſt gemina Inſula Regni,
,, Vtraque circuitu, Scania & Scelandia magno.
Dividit haſce Fretum, atque anguſto gurgite Porthmus;
Cuius ineſt medio minor Inſula (dixit Huennam
Nomine Gens patrio) pinguis glebâ vbere Tellus,
Perdicum, leporumque ferax, quam plurimus vndis
Fons fecit, & viridi delectat fraxinus vmbrâ.
Illius in medio ſtrepiteris procul vrbibus, vrbem
Vraniam Thyco conſtituit, totoque cievit — Vraniam ſeu Aſtropolim in Huennâ Daniæ Inſula condit.
Orbe viros, quorum eximias iam nota per artes
Ingenia. Hic operâ paſsim novus Accola fervet,
Aut cœlo bonus, aut limà. Stant verbere pulſæ
Incudes centumque rubens fornacibus ignis
Diſsilit, ac totidem ſtrident e follibus auræ.
Ille characterum formas cavat. ille liquentem — Et in ea diverſiſſimas Artes ad fabricanda Matheſeos inſtrumenta.
Indit materiam; inque typos & grammata durat.
Ille metalla coquit flammis; penitoſque vaporat
Naturæ fibras, & prima elementa reſolvit.

Vrbe abſunt geminæ, Lis & diſcordia, Peſtes,
Ex æquo regnant Pax & Labor; atque miniſtrant
Armillas, radios, ſphæras, quadroſque, rotaſque,
Atque Mathematicis varia Inſtrumenta figuris,
Quæ iuſſos ſibi quiſque faber molitur in vſus.
In tenui vt magno ſua laus, idem omnibus ardor.
Ad fontes, extraq; vrbis pomeria, verſat
Vnda molam, & ferrum ſerâ calybemque laceſſit,
Macerat ac telæ fragmenta. Hinc carta perennis
Cuditur, artificis nomen vectura per Indos.
Diſcendi ſtudio pariter concita coibat
Vraniam Pubes; vbi commonſtrante magiſtro,
Aſtra tubo ſpectant longo; quem finit vtrimque
Concava cryſtallus, radioſque adducit in arctum.
,, Ipſe autem vitreâ Tycho contemplatur ab Arce
,, Arduus, inſomnis, animoque oculoque ſequaci,
,, Stellarum momenta, errantibus incita ſtiris,

Ait cælum eſſe liquidum, ſolem eſſe centrum quinque Planetarum, Terram Lunæ.

,, Per liquidum ferri cælum, quinoſque Planetas
,, Circumagi ſoli, Terræ ſe inflectere Lunam.
,, At quà, Chriſtiparæ, via lactea, ducit in Aulam
,, Aligeros, A ſimul inſolitum ſeſe addidit Aſtrum,
,, Caſſiopæ ad cathedram, iucundi luminis Aſtrum,
,, Mite, ingens: monſtroque diu conterruit Orbem,

Religionum quoque inſignem alteratione͂.

,, En cælo inviſum (ſpeculâ Brahus inſit ab altâ)
,, Non Caudâ, non Crine minax; ſed proſpera portans,

Deſignari videtur principaliter Moſcaviæ Pars, quæ cũ Finlandiæ parte coniungitur (Notteburgum cum Iurnogorod, Iamagorod & capuriã Coronæ ſuecicæ perpetuo iure annexis) ſtrage tandem & ipſe cum ſuis copijs conficietur, ſicque Terra ab Incolis peruaſtis liberabitur.

,, Exoritur ſidus. Redeunt ſecla aurea Mundo;
,, Error abi, nigrumque ſcelus. Larvam impia ponet
,, Relligio, & tantis cedent ſplendoribus vmbræ.
,, Antè tamen, quanto victrix Finlandia longè
,, Bellabis ſonitu! quot ages in funera Gentes!
,, Regis deindè tui, & mortem dolitura tuorum!
,, Sanguine purgatam multo trux Incola Terram
,, Deſeret, & vaſtas Pax blanda redibit in vrbes.
,, Sera fides; noſtris ea fata nepotibus olim

,, Evenient,

A Anno 1572. Medio Nouembri vſque ad Martium 1574. per menſes 16. in margine Boreali viæ Lacteæ conſpecta eſt nova ſtella fixis omnibus maior ſole ter, terra 360. imò iuxta Ptolemæi hypotheſes pluſquam millies, rotunda pulcra &c. At quod ſcripſit anno 1592. de eius ſtellæ ſignificatione hiſce penitus Verbis præterquam paucis parentheſi clauſis: Videtur potius proſperum ſtatum nuntiare, niſi quod violentum quidpiam immiſcere videatur.

„ Evenient › quoties poſt huius ſideris ortum
„ Septimus A *ex alio, quotieſque reverterit Annus.*
Sic ſocios ſolando, via faſtidia fallit
Frinckius. Et nobis Pars rerum apparuit, inquit,
Tantarum: Partem æternâ caligine Numen
Mergit adhuc, retegetque brevi. Tum nupera bella,
Ordine quodque ſuo memorans, proviſa Tychoni
Evenisse docet; donec ſeſe obtulit illis
Heſperus, & feſſos trepida Aſchemburga recepit.

Stella illa effectus ſuos tardè inchoabit, diutiſſimo tempore continuabit. Imo nec incepiſſe adhuc (1592) probbilius eſſe ſentio. Hæc Tycho.

Atque fugam diverſâ adeò dum Parte capeſſunt
Franconidæ, paſſim ſinuoſi ad littora Mœnis
Panduntur ſueco bipatentibus Oppida Portis.

Franconiæ oppida ſueco panduntur.

Ipſa etiam nondum, vel vi tentata, vel arte,
Panditur Herbipolis. Nam cum diffideret ampla
Mœnibus haud firmis vrbis, numeroque ſuorum.
Kellerus (binas tantummodo namque cohortes
Cenſebat, queis ſe globus aſſociârat Agreſtûm)
Illam deſeruit prudens, cunctoſque, Mariæ,
Exſtructam meliore ſitu, contraxit in Arcem
Armigeros, verbiſque ardens hortatur amicis;

Etiam vrbs Herbipolentis.

Arcem Kellerus tutri decernit.

„ Hanc ſocij præſtate fidem Divæque, Ducique
„ Franconidum. Hic vobis locus adiumenta miniſtrat
„ Omnia, ſublimis, præcepſque voragine circùm,
„ Vndique inacceſſus. Conſtanti pectore tantùm,
„ Tantùm animis opus eſt. Mox primùm è pluribus; Arcum
Pontis, ad ima iubet ferratò vecte revelli,
Ac mitti innumeras muri de margine glandes.
Nec minus intrepidè, Suecûm ſe exercitus illuc

A Si aliqui vel plures, vti verisimile eſſe ſentio, circa ſtellæ huius ortû in lucem editi ſunt, qui tantarum mutationum, quas illa portendebat, auctores & executores ſunt diuinitus prædeſtinati: ij ad virile ætatis robur peruenient, quo res tam ingentes in actum deducere ſufficiant, quarto fortè à ſtellâ ſeptenario: annis 48. ab eius primâ fulſione prætèrlapſis; ſeptimo ſcilicet ſeptennio (id eſt anno 1620.) tuncque in præcipuo vigore ſtellæ, decreta futura & principaliter ſe oſtenſura, annis præſertim aliquot ſequentibus, ſatis probabiliter coniectari licet, poſt videlicet completum à Christo annum 1632. aut circiter &c. Ita & fuſius Tycho in cõcluſione libri de Stellâ novâ editi Pragæ 1610. Primus igitur ſeptenarius ſtellæ, incidit in an. 1578. quo natus eſt Græcij Ferdinandus 2. At ſub an. 1572. nati dicuntur Maximil. Bannerus & Fridlandius. 3 ſepten. in 1593. quo Ferdinandus Ditiones Paternas adminiſtrare cœpit. 4. in 1600. quo Hæreticos ex illis depulit 7. in 1620. quo victus eſt & depulſus Bohæmia Fredericus. 8. in 1627. quo Daniæ Rex ad lotteram, Mansfeldus ad deſſaviam cæſi ſunt. Anno 1632. quem ſignatè exprimit Thyco, occiditur ſueciæ Rex Guſtauus. 9. ſepten. in 1934. quo ſueciei ad Nortlingam cæſi ſunt.

Ad eius Pontem accedunt Suecici Regis diſcrimen.

Omnis agit, ruptumque parat comprendere Pontem.
Et Rex ipſe ſuis permixtus, idonea quandò
Quærit ad aſſultum propiùs loca; miſſa supernè
Plumbea glans, eius ſtrinxit latus; attamen expers
Vulneris, atque manum nidore afflavit amaro
Exoritur Procerum clamor, gemituſque precantum,
Agmine decedat primo; neu pectore in vno,
Tot ſectorum animas in aperta pericula mittat:
Neu mortem acceleret contemptu; adeoq́, faventem
Fortunam, irritet nimijs temerarius auſis.

Nihilominus oppugnationem vrget.

Ille ferox monitis, ſolitoque furentior ardet
Vlteriùs. Sed enim, reparatis denique Caſtris,
Serclaſium audierat greſſu ſe ferre citato
Herbipolim rectà, obſeſſæ auxilietur vt Arci.
Id metuens; totam compleri milite foſſam
Rex iubet, & ſcalas diverſà parte parari:
Fallat vt obſeſſos, & iiſdem in mœnia ſparſis,
Rerum cuſtodem meliùs de Ponte repellat,
Atque illac Suecos agat improviſus in Arcem.

Tillius & Papenhæmus è Lipſiana clade profugos recolligunt Hallæ & Halberſtadij

Tillius intereà, ſimul & Papenhamus, ad Hallam
Atque Halberſtadiam, diſperſus clade recenter
Lipſiacâ, ad ſeſe revocarant vndique Turmas,
Præconis ſonitu. Multi rediêre fugaces;
Amiſſis aliqui ſignis, & parte ſuorum
Iam mutilis; aſt alios & plurimus error, & vna
Lux eadem centum, ac plures pluresque reducit.
Qualiter, adverſas ſi fortè Exercitus alter
Fudit Apes, numero potior, partemque peremit:
Villarum reliquæ fugiunt, penituſque ſolutis
Errant Ordinibus, volitantque per aëra magnum,
Incertæ, ſeque in latebras & devia condunt
Si Rex incolumis, poſt triſtia bella reverſus,
Indicium ſonitu longè dedit. Ilicet iſtuc
Diverſæ accelerant, & fracta ad Caſtra reverſæ,
Diſtribui in Turmas, atque in nova prælia gaudent.
Haud ſecus ad Patrem (nam Patris nomine comem
Serclaſium, crebrò Miles meritoq́, vocabat)
Iam redeunt profugi; ac pro caſis, inſuper ille

Militiam

Digitized by Google

Militiam (quæ Saxonicas ſervaverat vrbes)
Supplementa novis iuſſit ſe iungere Caſtris.
VVolfenbutta tibi, tibi Magdenburgia tantùm,
Sed magnam, & numero Pubem & virtute relinquit.

Caſtris iam reparatis tendit ad Viſurgim.

Cæteram agit ſecum nunc auctior, vſque Viſurgim;
Et fluvij (ne quà ripam tentaverit Hoſtis)
Gronsfeldio dedit imperium, Mindamque tueri
VVeſphalicaſq; vrbes, Bremenſiaque Oppida iuſſit.
Inde per Haſſorum ſegnes vligine Terras
Caſtra movet, ſociaque petit pomaria Fuldæ.

Inde in Haſſiam.

Agmen ibi eductum nuper Ditione Sueva
Fuggerus; mainſque aliud de finibus actum
Italiæ, Aldringus reſtinctis denique bellis,
Ductores gemini, dum Tillius adſit, habebant.

Vbi Fuggero & Aldeingero iunguntur.

Quin & ab extremi longè quoque littore Rheni
Fernandus Bavarûm ſanguis, Fraterque potentis
Æmilij, ac vbiûm Antiſtes, nova Robora miſit,
Egregias animis Peditumque, Equitumque Phalanges.

Et Colonienſibus copijs.

His ſuper adiutus, petit Aſchemburgica promptè
Mœnia Serclaſius, ſua cogens Agmina circùm;
Ac iubet Herbipolim pergant, vt ab Arce Süecos
Obſeſſâ excutiant, primum vt ſe poſtera Terris
Retulerit rubicunda dies, atque Aſtra fugarit.

Tum Aſchenburgum ad ſolvendam Herbipolitanę Arcis obſidionem.

Venit at ipſe (malum!) tanta ad conamina ſerus
Nam Suevi Alipedes, ſimileſque volantibus Euris,
Quà via nulla, viam rapiunt; & mœnibus Arcis
Attollunt humero, pinnarum ad culmina, ſcalas.
Sublatas toto Defenſor robore quaſdam
Præcipitat, ſubterque viros cum pondere verſat:
Exuperant ſcandentum aliqui, rupiſque prehenſant
Summa manu, ac muro tandem valloque potiti,
Intima, permixti cum Defenſoribus intrant.
Succedunt alij, quà grandem Süecica nuper
Ipſo aditu Portæ, dederant Tormenta ruinam.
Tum cædi ſpolijſque vacant. Cecidêre perempti
Propugnatores, ferrum quicumque gerebant.

Sed ea priùs expugnatur.

Eruta mox latebris ſacra, atque prophana ſupellex,
Gazaque vota Deo. Iam nunc argentea ſigna

Cælitum

Digitized by Google

Atque diripitur.

Cælituum, durâ reſonant truncata bipenni.
Poſtquam languerant cædes, ardorque rapinæ;
Rex Arcem modò Victor init, cui limine in ipſo,
Chriſtiparæ effigies ingens, auguſta, nitenti
Clara auro penitus, ſtansque alto in vertice Portæ,
Virgineos viſa eſt placidè convertere vultus,
Et monita in pectus leni inſinuare ſuſurro,
Qualia per ſomnum credunt ſe audire iacentes.

Ab Rege viſitur.

Sed læto tumidam eventu, Victoria mentem
Abſtulerat Regi, monitiſque auertere ſenſum
Cura vetat luſtrandi oculis, formamque ſitumque
Rupis, & acceſſus & propugnacula muri.
Quæ poſtquam ſunt viſa ſatis; feſſoque ruentes
Iam minùs exagitans, permiſit gloria ſomnos;
Ipſe alto mediæ ſub tempora noctis, amictum
Proiecit corpus thalamo, iacuitque ſupinus.

Ad quem Riamna Caſtorbia prodigioſè adit.

Ecce autem Hiſpanis longè defertur ab oris
Herbipolim, Aligerûm manibus Caſtorbia, factis
Nota Riamna diu. Genus illi haud futile bellis

Eius genus.

Deductum, media in Caſtelli viſcera Regni.

Natæ Valiſoleti.

Pintia progenuit, Chriſti nutrivit amore
Virginitas; iuvenem nec dedignatus amicam,
Sæpè etiam ſponſus cælo delapſus adiuit

Cum Chriſto familiaritas.

Fovit & alloquijs, divina effata reuelans
Incolumi, atque leuans ægræ, ſermone dolorem.

Angelos ab eo accipit denos ad præſidium officiaque diuerſa.

Aligeros etiam denos forte addidit illi
Præſidium; edicens agerent mandata iubentis.
Virginis imperijs igitur diverſa per Orbem
Officia, & miſeris mortalibus apta ferebant.
Ipſam adeò in Numidæ, Turcæque Ergaſtula, & umbras.

Qui eam in Africam, Angliam, aliòque deportant.

Carceris Albiones, obſeſſaſque inſuper urbes
Chriſtiadûm, pennis deportavere volentem
Auras per medias, ubi munia denique functam
Opportuna, domum ſimili retulêre volatu.

Nunc Herbipolim ad Regem.

Nunc illam Herbipoli ad Regis conclave caputque
Conſpicuam, & magnâ fulgentem luce ſtitêre;
Atque levi ſtrepitu ſomnum abrupêre iacenti:
Quem gravis, aſſumptâ Virgo ſic increpat irâ.

„ Pergis

„Pergis adhuc tantis ingrate, favoribus uti,
„Quos tibi Diva dedit Mater, quos deinde datura eſt?
„Ipſa ſuam te in Franconiam, per proſpera duxit
„Prælia Victorem; & propriâ inſuper Arce locauit.
„Haud tibi, dum quateres (iuſtos ultura dolores,
„Promiſſique moras, tanto quod tempore differs)
„Flammato vènit ſub ſole, atque Iride rubrâ
„Terribilis, qualiſque iſthæc ad mœnia quondam
„Ruricolis viſa eſt. Hanc totis viribus Arcem
„Dum peterent, addicta tuo Gens denſa Luthero,
„Grandinis in numerum. Multi cecidêre minacis
„Aſpectu divæ; reliqui fugêre, proteruo
„Cedentes operi. Par illis cauſa tibique,
„Spes de te melior. meritis egreſcere noli.
„Ecce tibi, & plaga ſubmoto, & ad ardua ducto
„Rupis inacceſſæ, mox Oppida pandet & vrbes,
„Si certare caues Acie, & te credere campo.
„Ni faceret, Caſtris iam te maioribus iſthuc
„Tillius aduentans, fœdâ cum clade, repellat.
„Vna tot officiijs merces, Romana iubetur
„Religio; cuius leges rituſque verendos
„Iam cernis, quæ olim ludibria vana putabas
„Infelix. Tandem ô damna quoque Voce Lutherum,
„Quem damnas animo; & Maiorum ſacra capeſſe.
„Ne dubita, non differ: adhuc licet; atque Riamnæ
„Si qua fides, tua conſtabit cunctatio magno
„Tanta tibi. Mortem celeri prævertere facto
„Crudelem potes, atque iras mollire Tonantis.
„Iamque tui miſerere. aliter, ſed ſerò, dolebis
„Heu, de te, nimiùm me vera fuiſſe locutam.
Dixerat: atque ipſam pennis ſublimè levatam,
Aligeri abſtulerunt conclavi, atque vrbe per auras.
At Rex immotos vultus, immota pudore
Lumina ſeruabat tacito. Namque ipſe loquentem
(Cui mutandâ aliàs pro Religione frequenter
Per ſomnum adſtanti, dederat promiſſa) Riamnam
Agnovit, oculoſque iratæ ac Verba notavit.
At ſimul ad ſeſe eſt curâ languente reuerſus;

Eique Religionem Catholicam perſuadere nititur.

Anno 1525. Dominicâ Cantate, dũ Agricolæ Lutherani maximo numero hanc ipſam Arcem Herbipolenſem procaciſſimè oppugnant: ecce ſub meridiem ſereniſſimo celo Iris ſuprà apparuit, colorum elegantiâ luceque terribilis, quæ oppugnantium multos occidit, reliquos fugauit. Ita M. S. Eccleſ. Herbipol.

„Nondum

Regis pro eà capeſſenda cunctatio

,, Nondum fas, nondum: Cœlo parebimus, inquit,
,, Tempora quando rei dabit opportuna gerendæ.
,, Nunc negat: & tantis Guſtavum abſiſtere cœptis
,, Haud honor ipſe ſinit, Vitâ mihi carior ipsâ.
Sic fatus, lecto ſe proripit: atque per omnem

Tillij accessum formidat.

Franconiam armatos quotquot diſperſerat, ad ſe
Acciri iubet, vt ſi quidquam fortè minetur
Tillius, excipere æquali cum robore poſſit.
Ille Aſchenburgi multo iam milite ſeptus,

Ad quem novæ accedunt copiæ.

Herbipolitanæ ſed caſu triſtior Arcis,
Caſtra augebat adhuc, Turmaſque addebat Agreſtum,
Quas Moguntinus tota Ditione coëgit
Anſelmus Præſul, Suiccardi nuper Honores
Indeptus ſupparque gerens pro Cæſare Pectus.
Qualiter increſcunt Fluvij, ſi quando ſolutam
Accepere nivem, & ripa intumuere ſonanti.
Mens erat alta Senis, Regi confligere rurſum,

Carolus Lotharingiæ Ducem, vt ſuos quoque adiungat ſollicitat.

Et Pugna vlciſci fatum Lipſenſe ſecunda.
Ergo Ducem ad Carolum (qui bis ſex millia, Pubem
Pulchram armis, animiſque excelſam ad proxima Rheno
Oppida Vangionum, conſtructo Ponte tenebat)
Tres Equitum iubet ire Duces, coramque precari,
Vt Mœno acceleret veniens, atque Agmina iungat
Iam ſua Cæſareis; ſi fortè laceſſere Suecum
Auſit, & in partem pulchri ſe ferre laboris.
Duxerat è Patria tantas hanc in bella Phalanges
Fernandi Carolus, laudiſque allectus amore.

Lotharingia.

Atque illam imperijs Princeps, iuſtiſque regebat
Legibus; Auſtarſiam veteres dixêre, minori
Contentam ſpatio; ſed deindè Lotharius oras
Extendit, proprioque dedit de nomine nomen.
Iſtud adhuc manet, & labente perenniter ævo
Ad fines tandem redijt ditio illa vetuſtos.
Gens virtutis amans, & Principis: atque vocantem
Vſque Palæſtinam bello perſæpe ſecuta eſt.
Nobilitas nunc tota illum, atque Exercitus ingens
Nanceo progreſſum, arva in Germanica, longè
Cingit, Vormatiæ expectans, quò, quaq; movendum.

At

At quos Serclaſius miſit, decedere Rheno
Quando Duces orant Carolum: ſimul ire frementem
Ad Mœnum, ac ſe Caſareis adiungere, iuſsit.
Ordine procedunt Acies, ſublata per auras
Serica ſigna leves Volitant; ac Principis ardet
Intextum Caroli Gentili ſtemma colore,
Tres Aquilæ Pulli; quot Aves tu diceris, vno Eius inſignia.
(Inclyte Chriſtiadum Ductor, pridemq́ gementis
Et Vindex Solymæ, & Solymorum gloria Regum)
Bulloni Godefride, ictu fixiſſe ſagitta.
Et Duce cum Carolo Princeps Phalsburgicus ibat,
Henricus fortis ſocius, ſtirpe editus ipſe
Auſtraſidum, & ſolio ſuccedere dignus Avorum,
Ni ius regnandi Cypris furtiva negaſſet.
Mox vt Achenburgam Ventum eſt, & prima quierunt Ad Aſchenburgum Tillio ſe adiungit.
Officia; Herbipolim Tubicen mittente petiuit
Serclaſio, nova qui Regem in certamina poſcat.
Rubrum illi ſagulum, ſpadix equus; apta ſiniſtro
Abs humero ad lumbos argentea buccina pendet,
Quam vitta virides, & licia tortilis auri
Implicitant nodo, & rubræ ſub-tegmine bullæ.
Vix in conſpectum Caſtrorum venit & vrbis,
(Nam Suëci Campo diffiſi ad mœnia ſtabant,
Antrorſum, valli obiectu, pòſt, culmine muri
Coctilis ingenti, tormentorumq́ ſupernè)
Alloquium clangore petit. Qui prima tenebant,
Agnorunt ſonitum Vigiles, Valloque repentè
Progreſſi, quæ cauſa viæ, quæ nuntia portet
Exquirunt: paucis reſpondet vocibus ille:
„Tillius hæc Regi; Reliquum quid ducimus annum
„Cunctando; cladem que, operi portamus Agreſtum?
„Si quid habes animi, ſi durat priſtina Virtus,
„Linquere nunc Vallum fas eſt & credere Campo.
„Contrà adero: ac vtri melior ſit cauſa, phalanges
„Mixtæ inter ſeſe, Pugnà eventuque docebunt.
Attoniti Vigiles, referunt ea nuntia Regi:
Cui quamquam reſponſa magis dare fortia, ſuadet
Magnanima Virtus ſuccenſa cupidine laudis;

Digitized by Google

Attamen inferior numero, monitique Riamnæ
Vſque memor, potuit iuſto ceſſiſſe pudori.
Ac iubet hæc reddi Præconi. „Stamus ad vrbem,
„Quam mihi poſt alias centum Victoria nuper
„Magna dedit. Si tantus amor, ſi tanta libido eſt
„Serclaſio bellandi, adſit modò; meque laceſſens,
„Si quid vi, vel fraude poteſt, ad prælia cogat.
„Suecorum ſclopos rurſum experietur & enſes.

Delatum à Tillio conflictum Rex non admittit.

Præconi hæc Vigiles haud læti: hæc Præco reportat
Serclaſio; qui conſilium nunc Regis Adolphi
Proſpiciens, non vſquam Acie certare volentis,
Sed ſocias capiare vrbes, & ſpargere bellum;
Occupat, ac Legionum aliquas, partitur in Arces
Præſidio; & ripas fluviorum, milite firmat.

Igitur Tillius præſidia vicinis locis imponit.

Ad Norimbergam mox cætera Caſtra reducit,
Perfidiam vlturus Gentis, quæ fœdere nuper
Iuraratque fidem Regi, totiſque ſuperbam
Cæſareos contra, munibat Viribus vrbem.

Norimbergam quaſi obſidet.

Tillius accedit, primumque extrema minatur,
Ni mentem in meliùs mutet. Sed Solmius illuc
Ab Rege adveniens. „Perſiſtite fortibus, inquit,
„O animis Ciues: Suëcorum exercitus omnis
„Qui ſequitur, certam (quamquam eſſet forſitan impar)
„Approperans vobis Rex adferet ipſe ſalutem.
Hoc rediit ſermone quies, trepidumque timorem
Indigenæ ponunt; operique ardentiùs inſtant
Iam cœpto, atque novo prætexunt aggere Foſſas.
Serclaſio ſatis ergo fuit Vicina recenti
Oppida Præſidio Leufſim, Altorfamque tueri.
Inde ad Danubij ripam languentia Caſtra
Ærumnis, longoque meatu acciſa, retorquet.
„Diſcedens, dextrà Papenhamum prendit, & „Omnem
„Inquit, Saxoniam, ac quidquid Rhenum inter & Albim
„Intercedit agri, Cæſar Bavarúſque tuendum
„Concredunt, Godefride, tibi. Quas invida Turmas
„Fortuna abnuerit, virtus tua ſupplent ingens.
„Agmen eris tibi. Si numero potiore Suëci
„Bellabunt, laus maior erit tibi vincere parvo.

Recedit.

„Iamque

„*Iamque vale. Ruit alterius ſimul alter in vlnas,*
Diverſique abeunt. Longè Papenhemus in vrbem
Primus Agrippinam, & bellacis littora Rheni;
Conflat vbi multo florentes ære catervas
Fernandus Bavari frater. Nam Todtius oram
Veſphaliæ infeſtat; Meidburgæ proxima claudit
Bannerius loca, nec ſatis huic Mansfeldius obſtat:
Aut impar illum Gronsfeldus ab amne viſurgi
Excutit, & ripæ conſtructas vindicat vrbes.
Volfenbuttâ auctus mediâ Bonicauſius hæret,
Auxilia inclamans ſociis. Brunſuicius, Arcis
Nam Dominus, Vindex raptis circumfremit armis,
Illum intrò redigens; captanſque extrema Viatum,
Ire Vetat campis; & pabula quærere furto.
„*Acrius inſtamus propriis; aliena minores*
„*Iura cient curas, & inertia pectore torpent.*
Tillius intereà modicam pervênit ad Vrbem,
Cui geminum fluuii, maior Danubius, atque
VVerta minor, iuxtà mixto dant gurgite nomen.
Danubii ad ripam laceræ ſparguntur vtrimque
Germanorum Acies; Lotharingûm, ad Littora Rheni,
Vangionum Populis Robur, Sueuiſque futuræ.

Papenhemius abit Coloniam, & inde in VVeſphaliam.

Tillius Caſtra ducit Dano-VVertam ad hiberna.

LIBRI OCTAVI

Argumentum.

MOx & Carolo Lotharingiæ Duce Monachium primò, tum deinde in Lotharingiam ipſam,per Patrij motûs ſuſpicionem reverſo,Hanoviam Rex Vi, Aſchaffenburgum,Francofurtumque ipſum,& Hooſtam metu occupavit. Ità iam totius Mœni, ſine hoſte, Dominus, medium in Rhenum incubuit. Eius traiectio, dignum Guſtavo facinus erat; quoniam in Elementum ibi amplitudine contumax, & in Hiſpanicos Bellorum expertos, ripam tuentes adverſam. Et ad Moguntiam (vbi Rhenus recepto intra ſe Mœno largiter tumet) primùm tentata, improſperè ceſſit. Sed ſuprà & ad Stocſtadiam repetita, Victoriæ laudem inſuper tulit ſiquidem,ad vnius Cymbulæ & ducentorum, qui inerant, Suëcorum conſpectum, acceſſumque, haud paucæ Hiſpanicorum Equitum Alæ ad Oppenhemium, Moguntiamque, dedendas mox Victori vrbes, retro abiêre. Moguntiæ exemplum VVormatia ſequitur; ac medio inter vtramque ſpatio ad ipſum Traiectionis locum, Columnam è marmore, ſuperati monimentum Rheni, in littore deinde Rex ponit. Hinc eius Virtuti, aut fortunæ potiùs, nihil inſuperabile viſum eſt; nam plurimæ mox Vrbes atque Oppida, Populorum invitatu,vel aſſenſu,deduntur.Quaſdam confœderati,Principes Germani, aut illecebris aut minis, aut armis obtinuêre. In his Ludovicus Ottho, Rhingravius, Haſſus Caſſellenſis, Bernardusque VVeymarius, qui Manhemium ad conſortia ſitum Neccaris & Rheni,Cæſarianum mentitus, irrumpit. Iam Palatinatûs, Veterauiæ, Rinckauiæ, Alſatiæ, tot inſidebantur Vrbes, quot,non Suecicus miles, ſed ſola Regis fortuna continebat. Inſeſſis enim haud æqua Præſidia, inerant: & Campo, Legiones ferè ſingulæ, pro totidem exercitibus, ibant. Haud pari felicitatis progreſſu,in Bohemiam Arnhemius, Saxonis Legatus; in Saxoniam Inferiorem Bremenſis Epiſcopus Dani filius; tum Georgius Lunæburgæ,& Brunſuicæ Dux, & Caſſellenſis item Haſſus Mauritius, Guſtauo fœderati, & Todtius Banneriuſque eiuſdem Legati, pervaſerant. Hos vnus modò Papenhemius, ſociali Gronsfeldij & Bonicauſij operâ, non ſuſtinebat modò, ſed & diſtrahebat aſtu, & cum cæde fundebat. In eum videbatur Tillij felicitas immigraſſe: Divino quidem conſilio, ne quæ illic Hoſtium attinebantur

Digitized by Google

nebantur per eum Copiæ, in Germaniæ reliquum, ſupremamque cladem, totæ verterentur. Lypſiam, ſaxoniæ Dux ipſe, obſidione non longâ recuperat: Luſatiam mox totam Arnhemi ductu, & Bohemica ad Albim oppida, ipſamque inſuper Pragam, ſui ipſius viribus vti neſciam, aut nolentem. Simul Deiparæ à Victoria illic Ædes ipſius iuſſu eſt everſa: egeſtas, fames, torpor, turbatio, infortunia eiuſdem Caſtris irrepſêre. E contrario in Maradij, Tiffenbachij, Galaſſij Cæſareorum Legionibus quæ in Bohemia erant paucis, Copia, Conſilium, vis, proſperitaſque refloruit. At Cæſar, nondum per illa, redeuntis velut fortunæ, blandimenta ſecurus, rursū Militiæ ſummam Fridlando detulit. Illuc eum impulerant opulentia induſtriaque Ducis, in Caſtris celerrimè cogendis prompti, & in conſeruandis providi. Cunctatio quoque, in frangendo per moram Hoſte, & fama ſeveri Ducis ſimul & largi, eum tempori aptabant, quandò inopiâ laborabat Cæſar, & Tillij ad Lipſiam Caſtra, præcipitatione Pugnæ, morumque & imperiorum laxatiône, ceciderant. Dignitati laborioſæ, omnem, quæ cis Maieſtatem eſt, potentiam Cæſar attexuit, dulcem Ambitioni eſcam, ad admittendum. Eâ tandem ille allectus eſt, atque ad Vindictam nuperæ exauctorationis ſuæ efficaciùs promendam, vel obruendam, Caſtra pro tempore ingentia conflavit. Ad Armatos quinquagies mille, numerum quidam attollunt.

LIBER VIII.

Lotharingus atque Phalsburgicus Monachium excurrunt.

AT Carolus, poſtquam apta ſuis ſtativa dediſſet:
Phalsburgo comitante, Ducis (qui Boïca regna
Relligione tenet veteri) contendit in vrbem.
Miſit in occurſum Dux, trans pomeria longè,
Æmilius ſeptem Proceres, Aulæque Magiſtros,
Aduentum gratari, & proſpera dicere verba.
Pars Rhedâ Pars fertur equo. Indè Monachia Pubes
Belligerûm cultu, & diverſis tendit in armis.
Vsque in conſpectum Caroli venêre, ſupino
Ter tetigere genu Terram; mox fauſta precati
Auſpicia, accipiunt medium, mixtoque Tubarum
Scloporumque ſono, ſtreperam comitantur in vrbem.
Obvia ſervabant armati compita Cives,
Ordinibus denſi. Summas tenuêre feneſtras
Spectandi cupidæ tanti hoſpitis ora, Puellæ.
Miranturque virum imbelles, fulgentiaque arma,
Et niveam pilei criſtam, baltheique decorum
Inſigne, vndanteſque comas, humeroque fluentes.
Aſt in equo Patres, equitiſque morantur in vno
Conſpectu, quæ vis oculis, quæ gratia fronti.
Nunc frænos, quì læua regat, quì dextra reſidat.

Solatium Monachienſe Bavari.

Veſtibulo in primo, & Portâ anteriore Palati,
Excepit Carolum vultu Æmilianus amœno,
Quamquam corde dolens, atque alto pectore verſans
Multa diu, quanam valeat lactare Suëcum
Arte ſatis, vel vi Bavaris avertere Terris.
Mox & nobilibus Princeps comitata Puellis
Æmilij coniux, Lotharingica prodit Eliſa
Ad conſanguineos, primùm oſcula ſumma ferentes.

Officij s

Officiis mora longa data eſt: pariterque ſuperbas.
Conſcendunt ſcalas, gradibus quas erigit æquis,
Et marmor Genuâ vectum, & maculoſus Iaſpis.
Illac Porticibus longis diverſa petuntur
Tecta retrò, & ducunt aditus centum, oſtia centum.
In medio patet Aula excelſior omnibus vna,
Longa, ingens: celant periſtromata ſerica muros,
Inque illis Gentis Alemanus Conditor olim,
Et Reges ab eo multi; Theodônus & Ottho
Arnulphuſque dein Cæſar; mox ordine Boij
Turba Duces, vultu qualem, quantumque ferebant,
Iſtos dum vivi Populos ditione tenerent.

Primi Boiorum Principes.

In medio, menſaſque ſuper, celata figuris
Candelabra altè pendent argentea; plenam
Hoſpitibuſque diem lucent, noctemque ſerenant.
Conſedêre illi circùm. Stant Iridis inſtar
Confertæ lances, aliis loca ſæpè datura.
Cryſtallo ac auro bibitur. tum voce lyræque
Cantatur modulis, quæ Gentem hanc inter vtramque
Connubia extiterint: Lotharingâ quantâ Renatæ,
Guillelmi & Bavari concordia: quanta ſupremum
In Numen, pietas, & Divam, fervor Avorum.
Poſtquam epulo iam finis erat; manibuſque ſedentum
Vaſe miniſter aquas aureo reſperſit odoras:
Colloquia in multam traxerunt Seria noctem
Convivæ, donec ſe compoſuêre ſopori;
Spondis inſtrati feſſum iam corpus eburnis,
Cigneas inter plumas, quibus edita turgent
Stragula, contextumque auro ſuper incubat oſtrum.

Epulum.

At binos Aulæ primâ ſub luce magiſtros
Advocat Æmilius. Simul advenêre vocati,
„ His, ait, Hoſpitibus ludi, Venatio, ſcenæ
„ Curarumque obices, & laxamenta parentur,
„ Militiæ atque viæ feſſis, longique laboris.
„ Intereà Belli & Pacis, cauſſæque, modique
„ Et Rex, & Cæſar mihi erunt, & cætera cordi.
Principis actutum Proceres mandata capeſſunt,
Conducuntque fabros. Nova ſurgunt vrbe Theatra;

Apparantur Ludi.

Et longo metas ac denſa repagula Circo,
Deſigunt Operæ. Iam curſibus indè moloſſi,
Inde rudes aptantur equi, & nova retia Cervis.
Ecce autem febris Phalsburgum corripit ardens;
Nancæoque celer, totiſque effuſus habenis
Pertigit ad Carolum Curſor, qui triſtia portat;
Indigenas trepidare metu, ac in limine Gallum
Bella parare animis, ac promere cominus arma.
Tum Carolus, Tecti ſecretum in parte supremâ
(Solus vbi ſcriptis, animo, dextrâque Vacabat
Æmilius) conclave petit, referensque ſuorum
Ipſe metum, orat, Nancæum vt diſcedere poſſit:
Atque iterans voce, hoſpitij pro munere grates.
Inde ad Phalsburgi Thalamum deſcendit, agentis
Ægrè animam, preſſeq; vlnâ complexus vtrâque
Oſcula dat ſuprema, iubens quoque fidere calo
Miſcentur lacrymæ, & vocem ſuſpiria rumpunt.

Lotharingus Lotharingiam repetit. Phalſburgicus obit Monachij.

Ille Lotharingas raro cum milite Terras
Reppetit: hic febris langore abſumptus amaræ
Munichij demum Vitales deſerit auras.

Reliquam fere Franconiam occupat ſuccus Rex.

Haud tamen intereà Segnis reſidebat Adolphus
Herbipoli; at partem Turmas partitus in omnem,
Oppida vel furto, vel vi carpebat & vrbes
Finitimas. Cedunt, (quas Mœnus, Taubera largè
Fœcundant, parvoque ſecat Gollacka fluento)
Gmunda, Rotenburgum, Vertheimia, Mergeta, Lorum:
Mox & quæ geminas Hannouvia continet vrbes,
Quarum Calvino paret nova, priſca Luthero.

Et veteravium.

Metropolis fatum, Veteravica protinus Ora,

Aſchaffenburgum.

Atque Seligſtadium, Steina, Aſchenburga ſequuntur.
Hoc aditu rupto, Herbipolim Rex linquit Adolphus,
Atque Horno tutelam vrbis, magnaque reſignans
Franconiæ, ducit Francfurtum ingentia noctu
Caſtra celer, Portaſque iubet ſibi manè recludi.
Proceſſêre foras Patres, aliâque precantur
Flectat iter, neve ingrediens, Bello implicet vrbem,
Inſuetam bellis, ſed dudum mercibus aptam.
Ad Rex incepto deſiſtere neſcins, illuc

Ingreſſum

Ingreſſum tentare armis, ardenſque minatur.
Parent actutum Patres, introque reverſi
Diſponunt Pompæ Indigenas, & Compita complent
Armatis, quacumque iniens ſe vertat Adolphus.
Ipſe triumphantis vultuque, ſagoque rubenti,
Clangentes inter lituos, centumque Catervas,
Oſtendit ſeſe tantùm. Nec tardat euntem
Egregiæ ſpecies Vrbis, (quam dividit ingens
Mœnus aquis) nocti meditantem furta propinquæ.
Veſpere nam primùm luxit Venus; ille per umbram
Diſcedens, Hocſtam Moguntij Præſulis Arcem
Cinxit, & oſtentis Cuſtodes terruit armis.
Deſeruêre locum; & contempto Cæſare, multi
Nomina dant Regi, & Suecorum ſigna ſequuntur.
Iam Mœni domitor, Rhenum ſuperare parabat:
Atque in Rincaviam tendens, fluvioque propinquans,
Pontem quippè ſtruit, quà ſe Moguntia tollit
Magna in conſpectu, adverſoque in littore longè.
At, quibus eſt nuper cuſtodia tradita Rheni,
Hiſpanorum Acies, crebris opus omne ſupinant
Tormentis, tabulaſque imo de Ponte revellunt
Cum ſonitu, & rapiunt fabrorum membra per auras.
Ter molitus opus, ter capto abſiſtit; & Hocſtam
Guſtavus Vindictâ ardens, iràque redibat;
Quando ſuus (nam cuncta gerit, bellumque miniſtrat
Arbitrio) Inuentum tranandi fluminis, illi
Anteà inexpertum, ſolers Archangelus offert.
Annua lux aderat. Sterilem quà matris in alvum
Deſcendit Magnæ mens Virginis; ipſa ſed exſors
Labis, nec ducens genitalis originis umbram.
Qua dudum Rex ipſe, ac Regis ſanguis & hæres,
Parvula mortales vênit Chriſtina ſub auras.
Et feſtam Terris per opacas pallida nubes
Rettulerat Matuta diem, cùm Caſtra reliquit
Angelus advolitans Rheno, ſummumque coruſcis
Contingens alis, penitus ſplendore ſereno
Illuſtravit aquas. Fundo ſimul ecce ſub imo
Conſpicuæ patuêre duæ, quas merſerat illic

Francofurtum admittitur.

Hocſtam occupat.

Rhenum Ponte ad Moguntiam ſtrato traijcere fruſtrà laborat.

8. Decem. Conceptioni Deiparæ ſacrâ ad Stocſtadium idem nauigijs duobus tentat.

Naves Hiſpanus, ſpumoſo in gurgite, miles,
Ne Suecos vehere ad ripam, ac traducere poſſent.
Sed merſas iam nunc interlucentibus vndis
Detexit Lycabas, oculis dum fortè natantes
Veſtigat, virgâque parat comprendere piſces.
Mox dedit indicium Regi; qui flumine ab imo
Protractas, raptim iubet ambas littore ſterni;
Et multam impleri tomento, & cannabe rimam,
Ac piceum affundi gluten: tum deindè ligones
Ter-centum, ac totidem armatos imponit vtrique.

Quorum primum per Hiſpanicos ab ripâ repellitur.

Altera reſtat adhuc; fluvio natat altera Navis,
Ingentemque arcum, remis impulſa per vndas,
Signat, & in ripâ tandem vlteriore moratur.
Namque obſtant Hiſpani equites, laxiſque Suecos
Quiſque petit ſclopis: illi extant vertice tantùm,
In nauim pariter collecti, & vulnera vitant.
Ter conata ſolum mordere, ter acta receſſit
rrora retro, & gemuit fluctu madefacta tumenti.

Altero auxiliante Suecos tandem exponit.

Tum iuſſu (eventum procùl aſpicientis) Adolphi,
Altera ſuccedit Navis, pariterque negatam
Nunc mordent ripam, Pubemque exponere certant.
Illa ſed impatiens, iactat ſe in littora, ſaltu.
Vel conti auxilio. Sclopis bellantur vtrimque
Hiſpanus breuibus, longis Gothus; ille volucri
Fiſus equo, hic pedibus figens veſtigia firmis:

In ripa certamen.

Ac ſenſim quoties, quotieſque receſſerat ille,
Ad dumos Gothus adrepit, vepreſque prealtas.
Cætera dum Regis, ripam tetigere petitam
Agmina, & Hiſpanas verterunt iuncta Phalanges.

Traiectionis cantus.

Iam Ripæ Domini, Pſalmos modulantur, & hymnos.
Lætitiâ, & feſtas alternis vocibus odas.
Poſtea & hac ſtatuunt altam Regione columnam,

Et monimentum lapideum.

Traiecti indicium Rheni; Leo ſumma tenebat,
Ipſe coronatâ ſpecioſus caſside victor.
Agmina prima regens, fluvium traiecit Adolphus.
Succeſſuque ardens Openhemica mœnia rumpit,

Openhemium occupatur.

Tormentis, Portaſque ruit Cuſtode perempto:
Inde Moguntinæ præceps Caſtra admovet vrbi.

Hanc

Digitized by Google

Hanc modò deſeruit, captato tempore, Præſul
Anſelmus, Suecos fugiens, Vbioſque petivit,
Quos apud, exulibus commune invênit aſilum.
Antè, Hiſpanorum Germanorumque frequenti
Militia, excedens tutandam credidit vrbem.
Sylvius huic præerat, propiuſque ad mœnia Suecos
Reptantes, valli prætentu, & ceſpite verſo
Exegit cuneis. Gens fortibus vtraque factis,
Certat, & alterius conſpectibus altera fervet.
At Suecos nec hiems, globæve protervia terret
Incepto, grandeſve pilæ, quas mittit ab alto
Defenſor, qui poſtquam in margine foſſæ
Atque extra iactum Tormenti accedere vidit,
Et muro ſcalas, vimque aſſultumque parare;
„ Iam ſatis obſtitimus, muſſat: cum Rege paciſci
„ Iam licet, ac tandem migrandi expoſcere leges.
Iuſtas pactus abit. Contrà, ſe Suêcus in vrbem:
Et, Suecos inter (qui primi iniêre) Lutheri
Exultans Præco, braccis pendentibus ibat,
Promiſſâque hirtus barbâ, nutuque minaci.
Illum de ſummâ deſpexit fortè feneſtrâ
Relligionis amans, Myſtes Albanus, avitæ;
„ Hoc erat ergò, tibi (vultu manibuſque supernè
„ Erectis clamat) vita, quod noctè ſupremâ,
„ Prædixit Numen Suiccarde, Moguntia cedit
„ Hæretico, in ſtragem Germania tota ſequetur.
Nec vanus fuit hic dolor, aut præſagia falſa
Inde ſuos egit Regis Victoria curſus;
Atque Palatini primùm ſe effundit in vrbes;
Mox aliaſque aliaſque rapit, quas inde Moſella,
Neccarus inde rigat, vis nulla reſiſtit eunti.
Fernando nam dicta fides, & nomen Adolphi,
Diverſas quamquam traherent formidine mentes;
Vulgus at in Regem iam pronior, Oppida pandit.
Quaſdam Relligio, libertas pellicit illas;
Omnes, Victoris Fortuna, horrorque Suëci.
Invitant illum multa, aut admittere gaudent;
Vangiones primum. Sed enim ceſſêre recenter

Mogũtinus Archiep. Coloniam fugit.

Credita Philippo de Syluâ Hiſpano Moguntiæ tutela.

Ei deditur.

Suicardi Archiepiſcopi de Moguntina deditione Vaticinium: vti vir quidam fide digniſſimus retulit.

Mox plurima circum oppida.

Vrbe Lotharingi, poſtquam ſuperaverat armis
Guſtavus Rhenum, Moguntiaque arva petebat.
Æmula Vormatiæ Spira eſt, Landavia Spiræ.

Vormatia, Spira, Landavia &c.

Altza, Mecentellum, Germerſia, Binga, Diburgum,
Simmera, Neuſtadium, & noti Bacarâcha falerni.
Pleræque Rhingravius, Legione accinctus equeſtri,

Lud. Ottho Rhingravius quædam occupat.

(Et phaleris illa eſt & grandibus horrida ſclopis)
Occupat, & campo Pedites depellit Iberos.
Atque alios Regis ſocios, Gothicaque magiſtros
Militiæ, haud aliter Regis fortuna beavit.
Hornius Hilbrunam, Falſtinam immitior Haſſus;
Fridbergam rapit Haubalâus. Manehemia cedit
Veimario, triſti Manehemia perdita furto.
Vrbs erat & portis, & celſis edita muris:

Manhemium Bernardus Weimarius.

Neccaris, & magni propter conſortia Rheni.
Huc ſe cum paucis Bernardus equeſtribus Alis,
Cæſareum mentitus, agit per nubila noctis.
Porè ſequi Suecos: liceat ſeſe Vrbe tueri
Conclamat, pariterque ſuos admittier orat.
Admiſſi, Excubias primùm, mox omne trucidant
Præſidium, & diris produnt ſe cædibus hoſtes.
Iam quibus obtineat, quibus aſſerat Oppida Regi

Regis fælicitas multiplex.

Deerant armati, pluſquam antè Exercitus, Agmen,
Pluſquam Agmen, Legio; plus & Legione Caterva;.
Nunc ſolo belli oſtentu, vel nomine præſtant.
Euentus habuêre pares, qui ſaxoniamque,
Veſphaliamque Duces terrent, atque Oppida captant.
Todsius ingentem maris ipſo in littore Portum,
Obſidione gravi cinctum, pridemque premebat
Reſtochium. Contrà, Virmunds haud flexile pectus

Roſtochium in Mechelburgico Ducatu Suécis tandem deditur.

Extulerat ſummâ vexilla rubentia Turri,
Sanguinis indicium, & Virtutis ſigna proterva.
Ast ipſum Armigeri tandem, exceſſuſque paciſci
Ingenuas leges, & ſorti cedere, cogunt.
Meidburgam nunc pacti abeunt. Bannerius illam,
Atque omni (Pubes inerat nam rara) frequentes
Ipſe per aſſultus, perrumpere mole parabat.
Providus at Gothicæ fraudis Mansfeldius, ad ſe

Vir-

Digitized by Google

Virmundum, ſocioſque gradu properare citato,
Ac Volfenbuttâ Bonicauſum adducere Turmas,
Per medioſque aditum iuſſit tentare Suëcos.
Obſtitit ingenti Bannerius agmine contrà,
Diverſôque illos aggreſſus tramite, retrò
Egerat, atque aditu cinctæ intercluſerat vrbis;
Rumpere ni per vim, fixum immotumque fuiſſet
Cæſareis, partemque neci obiectare ſuorum.

Magdeburgum Bannerius longè obſidet.

Paucos Virmundus, plures Bonicauſius intrò
Pervehit, in primo depugnans agmine, & vnus
Prælia ſuſtentans, quanta vndique plurima portat
Hinc Gothus, hinc Finnus. Verùm per devia, Turmæ
Cæſareûm intereà mediæ, elabuntur in vrbem:
Iamque tenent muros, nitrato vbi pulvere raucùm
Mansfeldus tonat, & Bonicauſo dimovet Hoſtes.
Spe caſſus ſua Caſtra dolens Bannerius illinc,
Pòſt paulò rediturus, agit; Calbamque reducit.

Inducto per Bonicauſum & Virmundum ſubſidio recedit.

Aſt ſua Veſphaliam felicior Haſſus in omnem
Ducit, Agro exultans vacuo, Mundamque ſubegit
Obſidione brevi Victor: tum deindè Viſurgim
Fulminat irrumpens in nudas militis vrbes.
Fulda, Paderborna, Hirchelfeldus & Hocſtera, multis,
Iam pavidæ, officijs redimunt, pretioque rapinas;
Atque auro tentant, mulcentque ſine hoſte furentem.

Haſſus Weſphaliam inuadit. Mundam &c. obtinet.

Gronsfeldus vix hoſtis erat, quia ſcilicet impar,
Et fugiens Pugnam. Sibi iam ſatis eſſe putabat
Gottingam, Hammeliam, Mindam, fluvioſque tueri.

Gronsfeldus ei non par.

Illi Agrippinâ longè Papenhemus ab Vrbe
Advolat auxilio, Tyronum examine cinctus:
Quos antè erudijt Circo, legeſque ſeueras
Militiæ docuit, Pugnæque aptavit in vſus.
Ex his Lamboius ducit legionibus vnam,
Conſilioque manuque habilis: quem deindè timebit
Saxonia, & Verſis Campania Gallica Caſtris:
Atque furens caſis captiſque Cobortibus Haſſus.

Papenhemius illic aduenions.

Hammeliam primùm Papenhemus pertigit. Hoſtem
Ire iubet retro, ac infeſſis cedere Campis.
Cedentis tergum premere, atque laceſſere bello

Haſſum fugat.

 Mens

Mens erat; at potior Godefridum ſevocat Hoſtis,
Meidburgam expugnans Bannerius. Ipſe nitrati
Pulveris, & victûs, armatæ & Pubis egenam,
Obſidione iterum, atque vndenis millibus vrget.
Quin Tormentorum fremitu diſiecta, ruinam
Mœnia ſubdiderant; abitûſque acceperat ager
Mansfeldus leges. Verùm auxiliaria Ductor
Hildeſium ſubitò Papenhemius agmina cogit.
Atque vt maiorem vero, per Compita, Turmæ
Oſtendant numerum, fallantque indagine Cives;
Quas primâ ingreſſas Portâ vidêre per vmbram
Noctis, & extremâ ductas excedere Portâ:
Circuitu ad primam revocat Godefridus, & illac
Nunc iterum ingreſſas, vrbem-tranſmittere rurſum
Fraude iubet, ſpecieque ingentia Caſtra videri.
Funditur ergò brevi Suëcana per agmina rumor,
(Namque Lutherani tulerant ea nuntia Cives
Et Bannerium nouâ Magdeburgi obſidione depellit.
Hildeſio) adventare Hoſtem, cum millibus vſque
Ter ſenis; haud illi obſiſtere poſſe Suëcos.
Credidit indicio Bannerius; ergo repentè
Caſtra rapit Vallo, atque iuga in vicina reducit.
Inſtant Cæſarei profugis, poſtremaque carpunt
Agmina; Meidburgamque ineunt, hac fraude decori.
Parte aliâ, penituſque Arctoi ad littora Ponti,
Dommitzia & Viſmaria Suecicis deduntur.
Occiduumque Albim, quo Meckelburgicus idem
Incipit, atque alto finitur limite Tractus;
Dommitia, &, celebres inter, Viſmarria Portus,
Obſidione gravi, & Suëcano milite dudum
Quaſſatæ, Agminibus tandem panduntur Adolphi.
Mox patulo exultant Campo; Valloque ſolutæ,
Saxoniam incurſant Acies, & Viribus vnum,
In vnum Papenhemium Todtius, Epiſcop. Bremenſis, Dux Brunſuicenſis, atque Bannerius.
Quiſque Ducum, iunctis Papenhamum claudere certant
Todtius, & Viridi Bremenſis Epiſcopus ævo,
Danorum ſanguis, Regiſque animoſa propago.
Hinc & Brunſuicus, ſimul & Bannerius acri
Ardens vindictâ cladem penſare recentem.
Armeniæ velut in Sylvis, ſi fortè Leonem,
Hinc vrſi, plures cinxerunt dentibus Apri;

Emicat

Digitized by Google

Emicat ille fremens antris, obſtantia rumpens
Agmina, & in tutum catulos perducit aſilum.
Incedens ſpargit Pugnas, fugitanſque, ſequaces
Diſtrahit, ac rediens diverſos occupat Hoſtes.
Haud aliter dum ſe Papenhemius vndique cinctum
Vidit Meidburgi, ac vrbem non poſſe tueri,
(Innumeri nam circùm Hoſtes, nullique receptus)
Impactis Tormenta adigit muralia clavis, — Quam proinde vrbem deſtruit
Parte ſuper ſummâ, qua nempè foramine parvo,
Intus inire ſolent ſcintillæ, atque ignibus eſca.
Tum ferro corrupta, altum demergit in Albim.
Pulveris inde Cados pyrij, ſub turribus altis
Occulit, & triſtes miſerabilis eruit vrbis
Relliquias iterum, ſimul inflammata dedêre
Nitra ſonum, ſtridet fumo ſubvecta per auras
Congeries ſaxorum; & propugnacula muris
Vulſa ruunt, verſoque iacent fundamine Turres.
Mox Volfenbuttam ſeſe cum milite toto — Ac Volfenbuttam ſe ſuoſque recipit.
Vi Papenhemus agit, medium evaditque per Hoſtem.
Saxonidum intereà Legionum exercitus omnis
Pergebat Campis: Regis comitatur Adolphi
Fortuna, expugnans vrbes, quaſcumque petiſſent.
Lipſia prima fuit, quam non diuturna recepit
Obſidio, & domino iuſſit parere priori.
Hactenus ipſe ſuis Princeps ea bella Triumuir — Exercitus Saxonis Lipſiam recuperat.
Geſſerat auſpicijs, & duxerat Agmina præſens.
Nunc, in Luſatios quando, Bamoſque movendum eſt;
Dreſdam reppetijt Victor; videt eminus vrbis
Magnifica Turres, & propugnacula muris
Condita coctilibus, lato quos maximus alveo
Ingrediens, multo ſub fornice, dividit Albis.
Antè ſed Arnhamo curam ſupremaque iura
Militiæ dedit increpitans: „I Numine prono,
„Cæſareiſque refer, Miſnijs quæ magna tulêre
„Damna priùs Terris, leſi modò ſaxonis vltor.
Caſtra Arnhemus agit, primumque invadit inanem — Omnemque Luſatiam.
Milite Luſaciam, ſed enim Tifbacchius, atque
Godtius, imparibus nihil auſi fidere Turmis

Retrò

Digitized by Google

Retrò in Hamilthonios Sileſitica rura terentes,
Abducunt mutilas Acies, Campumque relinquunt.
Luſaciam arnhæmus ſimul obtinet; indè Bohæmam
Intrat ovans Terram, armata quoque Pubis egentem,
Caſtrorum ducens medium. Præit agmine primo
Turrenſis ſenior, ſat conſcius ipſe Viarum,
Indigena, Huſſicolûm fautor; notuſque Vetuſti
In Fernandum odij, ac patrij fax prima furoris.
Hinc regit Auſtriacus poſtremum Hofkirkius Agmen,
Multaque nobilitas, agris fugitiva Bohemis
Poſtquam Acie Victus, Regno Fridericus ab illo
Ceſſit, & ad Gentes ſocij fugère propinquas.
Bello acti, redeunt bello; dulcemque reviſunt,
(Si fortuna ſinet) Patriam caroſque Nepotes.
Hic ſeſe Agreſtes Dominis, armata Iuventus
Addidit, & noti ſua pandunt Oppida Cives.
Auſſica, Teplitium, Strata-Hora, Arx edita ſummo
Colle licet, celſiſque ingens, Litomeriſa muris,
Hoſpitia agminibus, vel vi vel ſponte dedere.
Hinc iter vſque Pragam ducit. Sed adire tremiſcunt,
Concilio acciti, & molem conaminis horrent.
Aſt acres trepidis animos Archangelus auget
Saxoniæ Cuſtos. Caſtris ſe adiunxerat iſtis,
Suecani iuſſu Aligeri; cunctamque regebat
Militiam, inſpirans quid agant, fugiantve, laboris.
Sertum illi vernum, tenui de gramine Rutæ,
Cæſariem aureolam cingit, cyrrhoſque coërcet:
Quale gerunt ſertum Gentilis in æquore ſcuti
Saxonidæ Heroës, quod faſciola bicolores
Alternis Variant, mixtæque niventibus atræ. Inſignia Ducis Saxoniæ.
Iſtorum ſpeciemque Ales, lucemque colorum,
Veſtibus indiderat, denſâ quas nube coactas
Agmina circumiens latè diffuſa, gerebat.
Baltheolus ſuprà, tanquam per licia textus
Argenti, rutilat; radiiſque niteſcit amœnis,
Quales Luna iacit, pleno dum candida cornu
Splendeſcit, furvo circumdata nubis opaca.
Atrum crure tenus ſagulum, quaſi condita Vento

Materia,

Materia, aut tenui ſubtegmine mollis Arachnes.
Aſt alæ argenti radijs, nigriſque nitebant
Diſtinctæ maculis, qualeſque Ciconia nidos
Explicat, ipſa fovens implumes ſedula pullos.
Iamque ſuas noctu celeri movet impete pennas
Aliger vſque Pragam, praiens (nam caſtra ſequuntur
Eminus, & lento procedunt Agmina paſſu)
Atque ſuper volitans muro, terroribus afflat
Excubitorum animos, totamque pavoribus vrbem.
Spargit vbique metus, & cauſas mille timendi.
Nulla ſupèr Fernandi; ingentia ſaxonis eſſe
Agmina, & ad Portas nunc vim aſſultumque parari,
Ni reſerant clauſas; & deditionis honeſtæ
Accipiant leges, ſeſeque & Pignora ſervent.
Hoc Genij inſtinctu, dudum nutantia corda Pragenſium Ciuium terror.
Deſperant, ſtatuitque Hoſtes admittere vulgus,
Si placidi veniant, & fœdera commoda iurent.
Nec longam fecère moram. Prodiverat Eos
Oceano poſtquam, lucemque reduxerat Orbi;
Ecce Iugis (Vrbi ſed enim Iuga plurima tantæ
Incumbunt) Arnhemi Exercitus affluit omnis,
Vndarum ſpecie; & Venientum ad littus aquarum,
Stat Tubicen primo progreſſus ab agmine, Schedam
Patribus ipſe ferens, rogitanſque ſonore benigno
Saxonidum admittant Caſtra, haud hoſtilia, Cives.
Præfectus Vigilum, muro exaudivit ab alto
Indicium; & ſimili recinens clangore, minorem
Porticulam egrediens pandit, ſcriptumque receptat.
Convenère Patres, arrectiſque auribus illud
Auſcultant, releguntque iterum, auſcultantque relectum;
Inde ſilent, trepidi quanam reſponſa remittant.
Fortè in conſpectu, medioq; in pariete, pictus Eius Pictura.
Pendebat Terror Tabulà, illætabile Monſtrum:
Hirtum crine caput, pallens macieq; ſituq;.
Sex alæ, totidemque pedes; curritque volatque;
Nobiliumque domos, Agreſtumque oſtia pulſans;
Hortaturque fugam, & vicinas commovet vrbes.
Apparent profugi longè, Ponteſque revulſi;

Digitized by Google

Et clauſa arboribus, Sylvarum limina, ſtratis.
Agnovit; monſtrumque videns, viſoque paveſcens
Conſilijs Niggo bonus; aſt inidoneus armis.
„ Palluit indicio: &, defendere poſſumus vrbem
„ Exclamat, Civi ſua ſi ſit cognita virtus.
„ Aſt nulla eſt illi fiducia. Perculit omnes
„ Terror. Quin placido dedamur tutiùs Hoſti,
„ Quam praſtolemur, ferro, flammâque furentem?
Aſſensêre omnes. Simul en Fridlandius illuc

Territos Fridlandus fruſtra confirmare ſatagit.

Advenit, increpitans. „ Quanam hac vecordia Cives?
„ Ingentemne Pragam propriâ virtute negatis
„ Defendi, atque Hoſti tantillum obſiſtere poſſe,
„ Agmina dum mittat properè auxiliaria Caſar?.
„ En ego me interea belli propono magiſtrum;
„ Hac animâ, ſi fas, ego mania veſtra tuebor.
Corda ſed infectus pervaſerat intima Terror;

Igitur cum alijs multus Pragâ diſcedit.

Fridlandus fugit ergo; fugit Vanglerius vnà,
Marradiuſque, armis haud ipſe inglorius olim,
Michnaque conſilio, & diverſas aptus ad artes.
Ibant per noctem Peditumque Equitumque Catervis
Succincti paucis, quas (tuti vt ab Hoſte fuere)
Budviſſam, Taboramque ineant iuſſere, futuras
Illic praſidio, ſi vis inimica propinquet.
Arnhamum interea recipit Praga legibus aquis,

Quæ deditur 8. Novembris.

Arnhamique Acies. Mox & ſine ſanguine Victam
Vrbem Dux init, denâ inter millia, Saxo.
At Porta invectis, (qui concomitantur euntem)
Exulibus quiddam offertur miſerabile viſu,
Boiamûm capita vndenûm, ferri indita Virgis
Parte ſuper muri, Populi ludibria & aura,
Nuda pilis, tantumque arroſis oſſibus alba.
Hac motûs civilis erant, triſteſque Reorum
Relliquia, qui poſtquam olim abiecêre protervè
Fernandum, & Regni Fredericum ad ſceptra Vocarunt;
Victi Acie, tales dederant pro crimine pœnas,
Perfidia monumenta, avoque exempla ſequenti.
Non tulit hanc ſpeciem; & ſociorum probra, ſuumque,
Oſſaque rapta palis, Turrenſis cuncta refigit,

Argen-

Argentique capit pateris, loculoque repoſta,
Ad tumulum iubet efferri, condique ſepulcro.
Huſſiadum ad Templum nigris it Pompa cucullis,
Sex denique vlulant feralia metra Miniſtri.
Indè, viam, (in medijs, quæ dicitur Aurea Saxis,
Longà vi patefacta, & largi ſumptibus auri
Danubij demum Terris confinis & Oeni)
Turrenſis rapit ingrediens, aditusque protervos
Inſidet, appoſitis Iuga per ſuprema Catervis.
Arnhæmus reliquis retrò occupat Oppida Caſtris,
Vicinaſque Pragæ Gentes, quas Moldava magnus,
Quas vel Vatta minor, vel maximus alluit Albis.
Vrbem etiam, exorti de nomine fluminis, Egram,
Infidæ admonitu Plebis, Portæque patentis
Indicio, Theſelus Legione irrumpit equeſtri.
Saxonis ergo Acies lætis ſucceſſibus ibant;
Quos demum Impietas vertit. Stat Virginis Ædes,
Albo-Monte ſuper, Viridi circumdata ſaltu,
Haud procul ipſa Pragâ: Fernandi Cæſaris ære
Structa Ædes, cui Magna dedit Victoria nomen,
Quam Matris Divæ auxilijs ibi rettulit olim,
Boiamâ tandem expellens ditione Tyrannum.
Hic quandò exercet Venatu corpora Saxo,
Fortè inter fremituſque Canum, curſuſque Ferarum,
Vidit, & indignans iubet iſtam protinus Ædem
Dirui, & abs imo velli fundamine muros.
Iuſſa Fabri peragunt, & opus terrà omne recumbit.
Virginis averti mens hinc à Saxone cepit,
Et bellum ruere in peius, retroque reſolvi.
Budviſſâ primùm Marradius, agmine cinctus
Haud magno, egrediens, Campis ſe credit apertis,
Diverſeq́; Arnhemum agitat, furtiſque fatigat;
Solvit agros damnis, atque obſidionibus vrbes.
Inde ſileſiacis veniunt Tiſbacchius, atque
Godtius abs Oris; Caſtrorum vbi Parte relictâ
In paucos, neque ſat patientes frigoris Anglos,
Partem Boiami rapiunt in Viſcera Regni.
Sulzius huc etiam; huc etiam Gallaſſius Agmen

Boemorum ob rebellionem olim cæſorum capita tumulo mandat ſenior Turrenſis.

Viam item Auream occupat.

Arnhæmus oppida diuerſa.

Theſelius Ægram.

Sacellum B. Virginis ab Victoria Saxonis iuſſu diruitur.

Eius exindè res defluunt.

Cæſaris reſurgunt.

Marradius.

Adveniunt Tiſbacchius, Gotzius è Sileſiâ.

Sulzius atque Galaſſus è Norico.

Adducunt numero exiguum, ſed fortibus antè
Egregium factis, & prædæ ac cædis anhelans.
Pernices primùm Croatæ, populando procurrunt
Vſque Pragam, Agreſteſque procul de mœnibus arcent:
Ne Cererem Victumque ferant. Iam turbida ſurgit
Seditio, magnâque fames dominatur in vrbe.
Saxona quin etiam manibus comprendere certant

Ipſum Saxonem Croatæ ferè comprehendunt.

Sectantem de more, altis in ſaltibus Aprum
Et cautè ſe inter Valles, nemoriſque receſſus
Abdiderant tecti rupe, & frondentibus antris.
Atque propinquabat, medios lapſurus in hoſtes;
At nimium celeres, & adhuc iam tempore crudo,
Exiliunt latebrâ, & Venientem cingere tendunt.
Ille fugit, retròque plagas, Venabula linquens,
Inde Pragam, Dreſdamque Pragâ, perquirit aſilum.

Ad Pacem cum Cæſare integrandam fruſtrà ſollicitatur ab Hiſpani Regis Oratore Vienneſi.

Nuper ei (Pacis cum Cæſare blanda nouandæ
Conſilia, vt caperet) Paradinum abs vrbe Viennâ
Miſerat Orator Regis Cadererus Iberi.
Iuit: & officijs, ac fandi munere notus,
Emollijt Ducis, argutis ſermonibus, iram:
Serclaſium incuſans, qui Miſnica iniverit arva
Sponte ſuâ, tuleritque invito Cæſare ſtragem.
Flectere viſus erat. Pacis non vana ſequuntur
Indicia, & menſæ, & grandes vtriuſque ſaluti
Principis, in circum pateræ, & potatio longa.
Aſt inconſulto quidquam ſe Rege paciſci
Poſſe negat Saxo: Rex primùm adeatur, oportet:
Ergo Moguntini dum Præſulis æde, nitentem
Scacchia per tabulam ſolers colludit Adolpho
Darmſtadius; pauca hæc captato tempore fatur,

Item & à Darmſtadienſi Langrauio Suecus Rex.

„ Stat ſuus huic ludo finis; quin tu quoque finem
„ Das tanti, quod tota doles Germania Belli?
„ Si finis, exponam Pacis, Rex optime, leges.
„ Riſit; & , ô Pacis digne arbiter, inquit Adolphus.
„ Non velut in picto Reges committis eburnos
„ Alveolo, Verbis ſic auſtriacumque Gothumque
„ Concilies. Non æthra duos, vt maxima, ſoles:
„ Non geminos capiet, minor hæc Germania, Reges.

Brezeidæ

Brezeidæ tantùm precibus, ter quinque dierum
Dat Bavaro Pacem, longi brevia otia belli.

Qui Bauaro & Catholicis ei confœderatis armiſtitium indulget 15. dierum.

Interea moravis longè Fridlandus in Oris
Tempora ducebat; Pugnaque putabat amaros
Lipſiacæ euentus: vaſta magna æquora Terræ,
Innumeraſque vrbes, quas Saxo Gothuſque tenebant.
Nunc illi ſua probra placent; nunc gaudet ademptam,
Militiæ Summam, eſſe ſibi; quando æmulus illâ

Fridlandus Zaoima privatus.

Tillius infauſtè fruiturque, fugitque receptâ.
Ecce Oratores veniunt à Cæſare terni
Sollicitare Virum, Iura vt ſuprema reſumat
Caſtrorum, Dominoque fidem iam denique præſtet.
Poſtquam introgreſſi, ſic Queſtembergius inſit:
,, Et, cui, Te præter, poſſit par nemo videri

Invitatur ad reſumendam militiæ Cæſareæ Præfecturam.

,, Refferimus curam. Nunc id fateatur, oportet,
,, vel quiſquis raptam voluit. Truculenta minantum
,, Seditio evicit; meritas ſed pendere pœnas
,, Incipit, atque æquo probra delet iniqua dolore.
,, Hanc tibi vindicta partem fortuna peregit;
,, Partem aliam peraget virtus tua, ſola iacentis
,, Spes ea Teutoniæ; potuit quam ſola tueri.
,, Summa petit Livor; nec te, oppugnando, ſubegit:
,, Eſſe ſed excelſum docuit, dignumque timeri.
,, Ne te igitur Patriæ; lapſis ne ſurripe rebus
,, Principis; & rurſum, quos porrigit, accipe frenos.
,, Finierat: verùm, & veteris faſtidia belli
,, Excuſat, memorans Fridlandus, & Omnibus, inquit,
,, Optâram votis, tantâ quod mole petebant,
,, Feciſſent ſine me; non eſt mihi gloria tanti,

Eam ſpecie tenus averſatur.

,, Vt proprium anteferam nomen, famemque, ſaluti
,, Teutonidum. Regnet Fridlando Cæſar abacto;
,, Floreat immenſis, ſine me, Germania Terris.
,, Tum nullus mihi Martis amor; nec præmia ſperem
,, Vlla ſupèr. Iuvat & taciti, iam tempore verſo,
,, Ducere delicias ævi, mitiſque ſenectæ.
,, Has mihi non Saxo, non Sueci Exercitus ingens
,, Abſtulerint, reor; & motis feliciùs armis
,, Tillius, ejicietque hoſtes, Pacemque reducet.

Digitized by Google

Agnovère virum invidiâque. aſtuque loquentem
Legati: atque, vetus quamquam ſub pectore vivit
Vulnus adhuc; tamen ambitio, quæ corde ſub imo eſt,
Hinc oculis, illinc vultu ſe prodit ameno.
Qualia per denſam oſtendunt ſe condita nubem
Lumina, dum calo ſol aureus exit aperto.
Laudibus hinc agitant, laudum inſaturabile pectus,
Iuſque poteſtatis quantum volet; inſuper aurum
Ad belli ſumptus, & honorum præmia, ſpondent.
Ceſſit: & exhilarans vocem cum fronte ſerenâ,
,, Haud, ait, hunc omnem mihi quem modò Cæſar honorem
,, Detulit, abnuerim. Nunc partem admittere certum eſt.
,, Caſtra ego per Brumam, quantùm fas, maxima cogam
,, Illius auxilio: Ductorem deinde coactis

Tandem Legionum delectum admittit.

,, Ipſe dabit, ſimul vt Pediti ver invia pandet,
,, Atque eſcas Equiti, Iumentiſque offeret herbam.
,, Nam mea me campo, iam debilis, abſtinet ætas;
,, Et dudum articulis concretus inertibus humor.
Protinus ergo novis aptatur idonea Caſtris,
Fridlandi imperio per agros, vrbeſque ſupellex,
Cum ſtrepitu, reſonat variỹs ſtridoribus Æther.
Qualiter Autumno, (quoties Vindemia iuxtà eſt)
Rheni ripa fremit, Fabrorum incuſſa tumultu:
Pars vrnas, Pars vaſa parat, Pars vincula cudit
Ferrea, Pars tabulas dolium compingit in vnum
Malleolis. Polit ille molas, ingentibus alter
Prela locat fulcris, totus ſonat ictibus Amnis.
Taliter; & Moravæ Gentis maiore tumultu,
Atque Magiſtrorum ſtudiỹs, Fridlandia paſſim
Caſtra inſtaurantur, longa per frigora Brumæ.
Liventi ſua ſunt nitro; ſua Cannabis vrnis
Tortilibus; ſua ſunt Cereri quoque plauſtra vehendæ.
Ponticulis, ſcaliſque, paliſque & fortibus vncis:
Et ſtabulis clauſi, frenum, ignotoſque Magiſtros
Preſtolantur Equi, crebriſque hinnitibus optant
Innumeri Bellum, trepidæque celeuſmata Pugnæ.
At quibus eſt maior, tumiduſque per ilia venter,
Nodoſique toris armi; Tormenta iugantur

Fœda

Fœda ſitu, nigris Tormenta averca cavernis.
Igne alia, & fundo rubeæ fornacis ab imo, Et nova Tormenta.
Diverſâque fluunt formâ; longiſſimus arcto
Hinc Coluber collo; magnis draco faucibus illinc,
Sed brevior; Rictuque leo procuſus aperto,
Proÿcienſque iubas retro, dum lene foramen
Attingant, tenuem quo Machina ſueta ſupernè
Accipere igniculum, & maioris ſemina flammæ.
Præcipue fundunt multo conamine Fabri Et Bombos novo
Immanes Bombos; noſtro ſic dicitur Ævo, inventos.
Arte nova Inventum. Fluidi gravis Olla metalli,
Spiſſa, rigens. Alvum complet diverſa capacem
Materies, Nitrum, glandes, & fruſtula ferri
Miſſilia, ingentem iactu factura ruinam.
Nullum par antehac obſeſſæ Civibus vrbis
Mens humana malum, quamvis inimica creavit.
Quippe vbi proſilÿt Mortarÿ ab ore per auras,
Stridula, inardeſcens roſtro; ſulcum aëre ducit
Trans-foſſam murumque volans. Fugit Incola viſu
Palleſcens, quonam Olla ruat, quas appetat Ædes.
Labitur hæc rectà; & tegulis impreſſa ſupremis
Mole ſua, grandi Tectum quatit omne ruinâ;
Iamque ſilet: donec media inter viſcera flammam
Accipiens, crepet horrendum; diſruptaque peſtes
Euibret incluſas, totamque à ſedibus imis
Evertat, ſine more domum, mortalia fruſtim
Corpora comminuens, & fœdis cædibus artus.
Halat odore locus tetro; quaſi fulmen aquoſam
Inciderit Sylvam, & nidoribus vſſerit herbas.
Atque ea dum totâ Moravûm Ditione parantur Et Militis plurimum.
Tormenta; & vehitur Znoimam diverſa ſupellex;
Sedem vbi Fridlandus bello, Caſtriſque locavit:
Ecce per Auſtriadum Terras, longeque per Alpes
Hinc clangore Tubæ crepitant, hinc tympana pulſu.
Nec mora; concurrit Ducis ad nova ſigna, Iuventus;
Et quater vndemis numerum Legionibus augent
Sauromatæ, Quadi, Hungaridæ, Styrÿ atque Bohemi,
Illirici, Croatæ, atque antiquo nomine Carni.

Horrida

Carni ſeu Carnioli atque Carinthij.

Horrida gens olim; & quamquam miteſcere dudum
Chriſticolum ſacris, vero ſub Numine cepit:
Attamen ingenitam virtutem, animoſque feroces,
Acceptâ penitus cum relligione reſervat.

Iſolanus.

Dux Croatis Iſolanus erat; mentum ille caputque
Raſus, & horreſcens vaniſſima pondera, crines.
Sed ſpecie bonus, & cultu; impavidusſque pericli,
Contemptorque necis, deprenſum haud ſegnis in hoſtem.
Ductori ſimilis Legio, ceu nuda capillo,
Sic Phaleris, Galeâ, atque morâ thoracis aheni.

Croatæ.

Arma illi Framea, atque leves, ad vulnera, ſclopi,
Et manni celeres; & gloria, iugibus hoſtem
Inſidijs tentare, atque hinc invadere & illinc;
Et ſimulare fugam, atque loco Pugnaque reverti.
Sicque fatigatum poſtquam gravioribus armis
Teutonidæ irrupêre, & Caſtra inimica vacillant;
Conficiunt reliquum Croatæ, Vertuntque ruinâ,
Quod ceptum eſt; ſparsâque Aciem virtute reſolvunt.
Tum frameâ ſclopoque micant, tum vulnere ſtratis
Diripiunt Veſtem, & denſam inter funera Prædam.
Conſimiles animis ſigna ad Fridlandica Gentes
Accedunt aliæ, Patriamque Lareſque relinquunt.
Non ſponſæ, non triſtifico matres vlulatu

Alij.

Enſe latus cinctos retinent, criſtiſque minaces.
Vaſtantur Dominiſque domus, Operiſque Tabernæ,
Cauſidiciſque fora; & validis cultoribus Agri:
Tantus amor belli. Famâ Valſtinius omnes
Concitat, ac pretio. Nam non & prodigus auri
Dux magis vllus erat, non obſervantior æqui.
Quin & Saxonidæ deſerto Principe, ſeſe
Fridlando ſociant; ſtrepit omnis milite Tellus.
Quales Pantheram multæ Glomerantur ad vnam,
Hinc illincque feræ: atque ducem per dura ſequuntur
Prælia. Quippe illas maculoſa pellis odore
Allicit, allectaſque trahit per teſqua, per Amnes.

Lanionum Viẽnenſium Turma.

Fortè Viennenſem Lanionum Turba tenebat
Cauponam, Vinoque diem, noctemque iugabat
Anceps, Epotis pretium qui penderet vrnis.

Tantam

Digitized by Google

Tantam cuique dabant Marſupia inania curam.
Audijt, ad Pubem qui ſub nova Caſtra ciendam,
Compita luſtrabat Miſidas, & ſponte propinquans,
Fætos argento loculos eduxit in altum
„ Exclamans, en hic veſtro medicina dolori
„ O inopes ſocij. Neu vos ea debita pungant;
„ Omnia perſolvam. Vino ſimul, arripit ingens
Vndantem pateram, Ferdinandique ſaluti
Haurit, & invitat Fridlandi ad ſigna bibentes.
Illi inter calices tradunt cum nomine dextram,
Nervoſoſque artus, & fortia brachia iactant.
Maior erat reliquis Panches, & vertice toto
Exſtabat, ſpecieque oris barbâque ſuperbus:
Huic Miſidas curvâ flavæ crucis Icone textum
„ Vexillum dedit Hortator; Tu ſignifer eſto;
„ Ac tantâ, donum hoc, curâ ſervare labora,
„ Quantâ Ioannes Divam: quam ſcilicet ipſi
„ Tradiderat IESVS, moribundâ voce, MARIAM.
Teutonicis Viguit mos ille Cohortibus olim,
Et ſeros etiam manavit in-vſque Nepotes.

Ritus, quo ſignum militare vexillifero Germano tradi ſolitum.

LIBRI NONI

Argumentum.

AD hæc Ferdinandus, Socialium quoque auxiliorum gratiâ, Legatos ad pleraſque Europæ Partes amittit. Sed Cæleſtium magis egens atque Sollicitus, Cælites ſibi multâ admodum prece conciliat. Hæc eius armatura dudum erat formidabilis Hoſtibus, vel confeſſione eorum, qui oderant. Et Tillius Ferdinandeæ vim precis expertus, dictitabat, à globulis, ad quorum ſingulos Angelicam (è Catholicorum more) ſalutationem ille recitaret, quàm à globis, qui è Militum Tormentis, Sclopiſvè in Hoſtem mitterentur, plus ſe opis Victoriæque ſperare. Et affirmabat Ducum nonnemo, Mallem Victoriæ causâ Cæſarem ſemel ad Marianam Ædem adire, & ibi Litanias eius legere, quàm ab eo ad me duodena Armatorum millia ſubmitti. Inſuper & vltro eiuſmodi preces, Cæſar promebat ab Sanctiſſimo Nomine Ieſu, de Germaniæ Patronis, de Divis Militibus ſingulas; at de ſupremâ Caſtrorum ſuorum Ductrice Deiparâ, quotidiè binas. Ita manibus Magis ad Precem, quàm ad Pugnam protenſis, Moſis in morem ſternebat Hoſtem, Divos Divamque in Belli ſocios adducens. Quippè tenera, & deſideratam ad plagam expoſita, eorum corda, certo tangebat ictu; precem velut ſagittam recto conſilij obtutu, & totâ pectoris vi ſurſum eiaculans. Nunc autem periculi publici (per Sueci Saxoniſque progreſſiones) magnitudine, eadem Religionis officia intendit, & per Hereditarias ditiones ſuas, in vnamquamque ferè diem indixit. Illuc ipſe, haud exemplo minùs, quàm iuſſione, incumbere. Supplicationibus, vt vocant, ad Iubilæi, celebritatem, Viennæ inſtitutis, adeſſe totâ cum familia Cæſar, & omnis ætatis, ſexûs, conditionis adminiculo, Divam Deumque ad clementiam flectere. Præibat Iuvenum ſub Patribus Societatis Iesv, Litteras diſcentium Agmen, in Veſte candidâ & larvâ, hinc flagellis cruentè ſua in terga ſæviens, indè cruces è ligno ingentes humeris trahens; aut longas, & brachijs tranſverse diſtentis, fortiter adſtrictas gerens haſtas, inceſſuque vacillans. Tum Procerum turba atro veſtitu; proximè Clerus vterque, demum Cæſar ipſe cum Rege & Archiduce Leopoldo Filijs; & Auguſta cum Filiabus Cæſaris, totoque Gynæceo, Pedites omnes, & lugubri cultu vultuque. Procedentium exemplar & ſpeculum erat Ferdinandus

Ferdinandus, abiectis humi oculis, ſed corde in Cælum erecto, & ſpei pleno, quæ & per habitum corporis emicabat. Non nix, non pluvia, torrentesve per vrbem tumidi, ſenem attinuêre. Ad eos traijciendos ivit ocreatus, & tabularum à Civibus inſtratarum negligens, & viæ incommodis, opis ſpem intendens. Eam adhuc ſinu concluſam, poſtmodum familiaribus deprompſit, affirmans, Hoſtium ſuorum vim conatumque, nivium iſtarum inſtar brevi ſolutum iri. Quam iſtud ex vero, proximis pòſt diebus, Ruſticanæ cuidam, Leproſæque in Sueviâ, ad Memmingam, Virgini, Deipara cum Angelo ſpectandam ex more ſe præbens, explicatè aperuit; reſponditque voce, aut etiam ſcripto, ad Quæſtiones aliquot, quas Religioſus vir quidam Ruſticanæ, ac illo iubente, Deiparæ propoſuerat Ruſticana. En reſponſionum compendium. Bellum hoc præſens eodem finiendum anno. Aliud autem poſteà in inferiores Germaniæ Circulos migraturum; at in Superioribus Luem dirè graſſaturam. Cæſaream Dignitatem Auſtriacis aſſertûm iri; & Ferdinandum III. Hungariæ & Bohemiæ Regem, Patris in ea ſucceſſorem fore. Hiſcè Vaticinijs fidem, & Ruſticanæ eorum authoris obitus, qui ſeptimo pòſt die, ex eiuſdem prædictione obtigit, & eventa Reſponſionum illarum ſuis temporibus ſingula, adſtruxêre.

Digitized by Google

LIBER IX.

Catholicorum auxilia Cæſar implorat.

Haud minùs & ſocios, tanti ad conſortia Belli,
Sollicitat Cæſar, Turmaſque expoſcit & aurum,
Legatorum operâ; quos huc diſpergit & illuc.
Romam adeò, Dominã Latijq; Orbiſq; potentem
Mittit ad Vrbani, ſupremi Antiſtitis, ora,
Pazmannum mente excelſum, facilemque Suadâ,
Myſtarum Caput Hungaridûm; cui inſignia mitra,
Italorum. *Virtus, Purpureoſque Patrum donârat amictus.*
Ad Venetos, Ligures, & Magnum Gentis Hetruſcæ
Vſque Ducem, Auſtriaca Fernandum Matre Creatum
Poloni. *Rabbata feſtinas Petis Arnoldine Polonos;*
Helvetorum. *Volmarre Helvetios. Nihil Oratoris egebat*
Hiſpanus; ſponte argentique, aurique, talenta
Fridlando primos Belli numerabat in vſus.
Sed neque Teutonidæ (quos Relligioque fideſque
Germanorum. *Cæſaris extimulat) veniunt in fœdera ſegnes.*
Aſt animo cenſus minor eſt: Queis abſtulit vrbes,
Queis vaſtavit agros Suecus, profugiſque receptum
Agrippina dedit, Myſtæ: modò plurima tentant
Concilijs, & ſpe partem vertuntur in omnem.
Oſnabrugus adit Bruxellam, atque orat Eliſam
Auxilia, Hiſpani moderantem nomine Belgas.
Hazfeldus Metas, Moſellæ ingentibus vrbem
Præſtructam ſpatijs; Gallumque (leuamen iniquis
Afferat vt rebus) prece poſcit ſupplice Regem.
Quin etiam, Landshutum, Ingolſtadiumque frequentes
Ad Cœtus coëunt, (vrbes quicumque propinquas
Bambergam, Ecſtadium, Auguſtam, Senonumque Friſingam.
Atque Ratiſbonam ſacrâ ditione tenebant)

Pontifices,

Pontifices, cani ſenſu, nivibuſque ſenectæ.
Et quantùm ſua cuique levis fortuna ſinebat,
Conferre argentum ſtatuunt, atque addere robur
Fœderis auctori Bavaro: namque integra belli
Reſtat adhuc illi ditio, victumque novellis
Sufficit Agminibus, largo quæ Tillius auro
Aldringuſque legunt, & Caſtra labantia firmant
Danubij ad ripam, vt Nortlingæ mœnia propter.
Sed fluvio procul, & Bavaræ trans vltima Gentis;
Inde Salisburgus Præſul Paris; vnicus illinc
Cæſaris vt frater, ſic & Leopoldus in armis
Iam ſocius, primis regnantes Alpibus ambo:
Ambo animis fortes, proprijs avertere Terris
Bella parant, Arceſque impoſito milite complent.
Nec tamen humanis adeo confidit in armis,
Auxilia vt renuat Cæleſtia poſcere, Cæſar.
Vtque ſibi alliciat ſuperos; abs vrbe Viennâ
Depellit ſuperorum Hoſtes, Bacchumque, Furoremque,
Et venerem, & veneris ſobolem, mala crimina, longè.
Tempus erat: varijs quod Bacchanalia probris
Annua dedecorant; Luxuque Licentia Victrix
Chriſtiadas rapit in præceps, verſatque tumultu. Bacchanalia.
Cùm fremit omne mero vulgus, miſcetque Duella,
Et cædes ſtrepitu, & nocturnis curſibus vrbes.
Occupat his, demens, Ieiunia proxima monſtris,
Et ſeſe in maciem, cyathis, & lancibus armat.
Sed vetat Edictis, ea nunc deliria, Cæſar: Vetantur à Cæſare.
Scena vacat, nec habent ſolitos certamina Circos.
Non Procus, aut larva furatus tegmine vultum,
Infert ſe choreis; aut quadrupedante Corinnam,
Per glaciem vectante, trahit; ſulcoſque ſonantes
Nunc flagro, nunc voce minax ſuper æquore ſignat,
Tota Vienna ſilet; qualis, Babylonis ad vndas,
Captiva Iſacidûm Gens ripæ affuſa ſedebat,
Pallida, ſuſpirans, ſalicumque, cava Organa, ramis
Exorto appendens gemitu, cytharaſque, lyraſque.
Ipſe etiam ad Templa, atque irati Numinis Aras,
Inſtituit Pompam Fernandus; & ordine denſo, Et proceſſiones ad templa inſtituuntur.

Digitized by Google

Pura Ætas culparum, & lamentabile Carmen,
Procedentium eſtus. EXAVDI, MISERERE, *canunt. Pòſt, firmior ævo*
Et vitÿs propior ſequitur larvata Iuventus,
Candidulâ ſub veſte, gradu ſpecieque Reorum,
Sponte Luens ſcelera, atque horrendis crimina pœnis.
Pars humero grave portat onus, tractatque lacerto
Deficiente cruces. Telo Pars brachia tendit
Supplicia ſpontanea. *Tranſversè adſtricto, inque latus ſe librat vtrumque*
Incedens; quali fertur trutina incita motu,
Alternis trepidans, atque huc acclinis, & illuc.
Sævit at in dorſum, torto Pars maxima flagro,
Ictibus increpitans armos, acubuſque coruſcans
Horrificis; reſonant auræ, cruor emicat altè
Grandinis in morem, rivis rubet ebria Veſtis.
Innumerum ſequitur longè, & miſerabile vulgus,
Ac Proceres Cœtu medio, ac ter didita cèntum
Turba Sacerdotum. Pompæ tenet vltima Cæſar,
Cæſar cum familia. *Cum ſobole, atque premens Bœmi Veſtigia Regis,*
Teque, tui, Leopolde, & amor & imago Parentis.
Ponè Auguſta ſubit: ſubeunt Marianna, Renata,
Cæſaris illa thoro nuper dignata ſecundo;
Hæ primo, & Bavarâ, dudum de Coniuge, Natæ,
Quiſque pedes, pullo Lugens ſub ſyrmate, quiſque
Inceſſu vultuque altum teſtante dolorem.
Qualiter Aſſyriam mirata eſt Niniva Gentem,
Cum Patribus Pueros, cum matribus indè Puellas,
Et clamyde auratâ Regem, Cydarique revulſis,
Reſperſos cinere, atque indutos corpora ſaccis,
Impaſtoſque, Dei dextram cohibere minantem.
Haud minor Auſtriacis labor eſt, & Numinis iram
Flectere ſupplicio; atque preces acerſere Divûm.
Præcipuè ad Templum vt ventum eſt, Tibi magna dicatum
Virgo, tui Socÿs habitatum, ô Mater, Ieſu.
Dat chorus ad numerum voces; Ariſque propinqui,
Sacra Deo, Miſtæ peragunt. In fervida vota
Supplex ſe Populus, fundunt, divoſque fatigant;
Præſertimque pius Cæſar, qui poplite pronus
Orandi habitus. *Immotoque hærens vultu, ſuſpiria corde*

Lenta

Lenta trahens, ſcelerum veniam de Numine poſcit.
Vimque minaſque Gothi queritur, cladeſque gementis
Teutoniæ memorat miſerans, duratque dolendo.
Qualis Achaziades nudo ſuper æquore Templi,
Stratus humi Rex, corde preces geminabat & ore,
Scripta ſuperba tenens dextrâ, quæ miſerat acer
Sennacheribus heri, ferrum minitatus & ignem.
Aſt vbi ſacrificas voces, arcanaque Verba,
Acclinis ſecum capit ſpirare Sacerdos;
Et magnum infudit calici, & ſub farre, Tonantem:
Aligerûm Legio, Templi ſuſpenſa per auras,
Atque tremore ſtupens, illapſum Numen adorat
Poplitibus flexis; & maieſtate minores
Abſcondit vultus, obtentis protinus alis,
Divinæ haud patiens lucis, quam altaria circum
Proÿcit, inſperſus ſacris cæleſtibus, horror.
Iam duo deſcendunt Cœtu, ſocÿſque relictis,
Fernandi geminum ſtipant latus: atque precantis
Voces, & lacrymas, lenti & ſuſpiria cordis
Cryſtalli excipiunt phialis, exceptaque, prompti
Officio, portant Magnæ ſacranda Parenti.
Quippe, Aram Templi iuxta ſtetit Angelus, auream
Ipſe manu geſtans Michaël, plenam ignis, acerram,
Expectans quis vota ferat, Divæque Deoque,
In foculum, ſacris vota incendenda favillis.
Quo poſtquam exceptas voces, lacrymaſque preceſque
Cæſaris, vrceolis Ales demiſit vterque;
Per fumum ſubitò nubes ſurrexit odora,
Ardua, ſplendeſcens; quali quæ Caſtra præibat
Iſacidûm, quondam fulgebat luce, Columna.
Nec tantùm vel Thura fragrant, vel Cinnama pinguis.
Armeniæ, aut Pharÿs manantia balſama ſylvis,
Immodico Phœbus quoties gravis incubat æſtu,
Spumanteſque trahit rupto de cortice ſuccos;
Quantum halat nubes, quæ trans cava culmina Templi,
Aligerûm advolitante Globo, feſtoſque per illam
Exercente Choros, Partem defertur in altam
Ætheris, vnde minax Mars ignea Gentibus afflat
Lumina,

Ezechiæ ſimilis.

Eucharíſtiæ Myſteria.

Precis Cæſareæ vis.

Lumina, bellaci percellens ſidere Terras.
Namque Arcem geminam, Nati de munere, Mater
Virgo tenet, puras vbi ducens ætheris auras,
Ipſa ſuis iucundum agitat cum Civibus avum.
His nullæ leges. Lex eſt Amor; vnus & ardor
Reginam colere, & factis prævertere iuſſus.
Altera cryſtallo conſurgit Regia, blandæ
Pacis opus Suus hanc Vario ſol lumine tingit,
Quantis vna micat diſtincta coloribus Iris.
Floridus at plani faſtigia lucida Tecti,
Penſilis Hortus habet; ficiſque & Vitibus altè
Conſitus, & ſemper maturis conſitus Vvis.
Veſtibulum at primum Vernantes ordine longo
Circumſtant Oleæ, quarum ab radicibus imis,
Fons illimis agit bullas, & picta pererrans
Paſcua, præcipiti Tellurem adſpergit olivo.
Hunc libant laticem volucres, & gaudia Pacis
Cantant, & molli celebrant modulamine Divam.
Reſponſant citharis, & Pax & caſta Voluptas,
Et ſecura Quies, & amæno in gramine ſidunt.
Altera diverſo nitet ædificata metallo
Regia: bellaci quam tempore cœlica Mater
Inſidet, vnde ſuis optata Clientibus arma
Mittit, & extremo Pugnæ auxiliatur in æſtu.
Ære flagrant muri, quos propugnacula longè
Cornibus hinc atque hinc tenſis argentea firmant.
Porta riget calybe, atque arcano lumine Poſtes;
Terrifici quos centum obices, centumque tenaci
Dente ſeræ nectunt, & ahenea vincula nodis.
Accedentum oculis, ſummo de culmine Porta,
Pendula ſuſpicitur maculoſo ſyrmate pellis
Serpentis magni; ſanie, putrique rubentes
Cum tabo ſquammæ, & diſtentis brachia ſpiris;
Et tritum caput, & longi denſo ordine dentes.
Hunc fertur pridem duro ſuperaſſe duello,
Virginibus cincta innumeris, dum duceret Agmen,
Prata per, & pictos Paradiſi, & floribus, hortos,
Virgo-Parens, celer, & plantis, & idonea Pugnæ.

Regia Deiparæ in cœlo gemina.

Pacifica, ſeu pacis tempore habitata.

Bellica.

Cantic. 8.

Antiquus ſerpens.

Eius cum Deipara duellum.

Omnis

Omnis cum pharetrâ Chorus incedebat & arcu,
Dum contrà, ſeſe ſerpentum Exercitus ingens
Obtulit, humanos artus, humana ferentum
Ora, & fallaci venientum ad prælia cantu.
Illecebra ſunt arma, & lecti ex arbore fœtus,
Quam mediâ ſtantem areolâ Paradiſus habebat
Ramis excelſam, & folijs pomiſque nitentem.
Hanc Divina ſuis Pomum Sapientia quondam
Plantârat manibus, multâque aſpergine cultrix
Tinxerat, affundens cum rore, bonique malique
Notitiam, æthereæ quoque ſemina pura ſophiæ. **Arbor ſcientiæ boni & mali.**
Cælicus hinc pomis ſapor, atque ſcientia Recti,
Et veri ſuccus; qualem verſata Sibyllis
Haud folia, haud vatum libri, ſorteſve gerebant.
Extrà, flauebantque croco; minioque rubebant
Grata oculis; ſed clàm, ſtygiali Poma veneno, **Cuius poma nocina.**
Et gelidi guttis aconiti, intinxerat Hoſtis.
Plurima iamque nivis ritu iaciebat in Agmen
Virgineum, incautis tentamina blanda Puellis.
Illæ aſpernari primùm; dein prendere terrâ,
Et tractare manu, atque oculis formoſa tueri.
Naribus hinc aliquæ, & labris apponere quædam,
Ac demum trepidis apponere dentibus auſa.
Exemplo comedunt reliquæ, morſuque venenum
Accipiunt venis, lethalemque oſſibus ignem.
Exoritur caligo oculis, & membra vigore
Caſſa ruunt, animaſque lues extinguit acerba.
Vna MARIA *ſtetit Campo, pertæſa fugaces*
Pomi delicias, atque Hoſtes terruit arcu,
Conficiens dextra Colubros, lævâque Ceraſtas.
Serpentum at Princeps, calci inſidiatur euntis,
Nunc hàc, nunc illàc agitans, totumque pererrans
Circuitu ſpatium, crebriſque aſſultibus vrget
Bellantem, ſi quà valeat contingere rictu.
Illa pedem, retroque refert, collumque ſequentis **Serpentis caput Deipara conterit Gen. 3.**
Inſilit, & toto caput obterit ardua niſu.
Diſſultat cerebrum; ſanies de gutture manat
Horrida cum ſonitu, & nidoribus inficit herbas.

Digitized by Google

Pellem exſpirantis, Victrix tulit: atque Trophæi
Æterni monimentum, in Porta culmine fixit.
Quò poſtquam è Terris, & longè abs vrbe Viennâ,
Aligerûm aſcendit Legio, redimita coronis;
Fernandique Preces portans; mox ſponte, ſolutis
Mille ſeris patuêre fores, introque ſerenum
Accepêre Chorum, Reginæque ora petentem.
Ducit, Teutoniæ Cuſtos Archangelus Agmen
Atrium in immenſum, nitidis quod Perſicus ambit
Fornicibus ſeptum; centum è magnete columnæ.

Eius Armamentarium.

In medio, Turris; quam ferrum fuſile cælo
Exerit, Artificum pulſu, incudumque ſonantem.

Cantic. 4.

Mille illinc Clypei pendent, argentea Scuta,
Scuta Ducum, ſed enim Parmarum millia centum;
Et totidem Galeæ, & ſclopi, & Thoraces, & enſes,
Et phaleræ, & nitidæ longis mucronibus haſtæ.
Iſthæc arma, fabri longâ ſub forcipe cudunt
Cæleſtes Genij, iuxtâque fluentibus vndis
Cuſa manu tingunt, penituſque in vulnera durant.
Quin etiam extendunt radios, & miſſilis ignes
Fulminis, ardenteſque globos, flammaſque volantes:

Hiſtoria Roſarij.

Qualis in Albigidas ruit olim abs æthere Grando,
Ignea, denſa, minax; quam coniurata Vibrârat
Virgo Parens; ſuus, in vallo dum clauſus iniquo,
Obruitur telis, impárque repugnat Alanus.

Mancipium Deiparæ ſeruilis catenę geſtatione Marinus Damianus, Petri frater, inſtituit anno circiter M. L. Petr. Damian. lib. 2. Epiſt. 14. ad Deſider. Marinum imitatus eſt Walterus de Birbach Eques in Brabantia nobilis Anno M. CC. XXII. Cæſarius lib. 7. cap. 39. & denique hoc noſtro ſeculo plurimi.

At ſuprà, & penitus ſummæ ad faſtigia Turris,
Mille ex argento manicæ, ſeruilia vincla,
Aligeri cudunt; Damianus qualia quondam,
Qualia Birbacides, collo dextrâque gerebant,
Mancipij oſtentu; quoties ad Virginis Aram,
Perpetuos illi ſervos ſe ſponte dicarent.
Chriſtiada ex illo (Magna reuerentia Matris
Quos nempe ad famularem operam, promptumque vocabat
Obſequium) hunc morem totâ ſunt mente ſecuti,
Vincula dum manibus ſtrinxêre argentea, ſeque
Iam Dominæ ſervos, ſumptâ fecêre catenâ.
Præterea & glandes ferro, plumboque, liquabant
Innumeras fabri, ſclopûmque canalibus aptas.

Vir-

Verſabantque molis ferventia ſulphure nitra;
Mobilibuſque rotis ſtuppas, multumque volumen
Cannabis intortæ, arſuris ellychnia ſclopis.
Cuncta hæc Teutoniæ Cuſtos; Archangelus, illuc
Cum ſociis veniens, ſpectet, luſtretque tuendo,
Sed parte ex aliâ, Reginæ Exercitus omnis
In magnum properat Campum, denſâ ilice cinctum
Vndique, & attonſæ vernantem frondibus herbæ,
Membra exerturi ludis, & miſſilis haſtæ,
Et gladij, & celeri, ſepta inter eburnea, curſu.
Margine in extremo bina ſtant marmore Metæ;
Aſſyrij caput inde Ducis Indittha revellens,
Inde Iael, Syſaræ transfigens tempora clavo.
Procedunt Acies, quantas Ægyptius olim Cant. 1.
In profugos Pharao Iſacidas, perque arva trahebat,
Perque Maris Rubri Ripas. Equitatus, arenæ
Par numero, denſam tollebat in aëra nubem,
Volvebantque rotis, ingentia murmura, Currus.
Bis deni Primum, feſtis clangoribus, Agmen
Aligeri præeunt in equis. Argentea cuique
Buccina, quâ pugnam accendunt, & ludicra bella
Indicunt ſociis, Magnæ ſpectacula Matri.
Ponè, illi Mannis, & verſicoloribus alis
Innumeri ſubeunt, ſimileſque Volantibus Euris;
Aut quales, Braſilæ, diverſis æthera pennis,
Mille ſecant volucres, & nota ad prælia tendunt.
Celicolas inter, dudum quos mole ſolutos
Corporis, Altitonans, ſuper Arce recepit Olympi;
Ancipiti Primus frameâ, lucemque vibrante
Fulmineam, incedit Zebedæa Propago, Iacobus
Exultans ſenior; barbæ quam concolor albæ
Portat equus, Mauri coopertum pelle leonis.
Sub læuam, abs humero, decurrit baltheus, auro
Textus, & ad coſtas vario ſubnexus achate.
Plurima flammantem tegit aurea concha galerum,
Compoſtellano quales ab littore longè
Belga refert; quando Divum Veneratus & Aras,
Deſerit Iberiæ fines; Tractuſque Galæcos.

S. Iacobus Maior ſæpe cum Deipara in hoc habitu côtra Barbaros pugnare viſus eſt; atque ſemel decies centena Angolanorûm millia profligare. Bencius in Annuis Soc. Ieſu 1587.

Digitized by Google

Hunc Matri Armigerum Chriſtus dedit; atque preire
Iuſſit bellanti; quoties abs æthere ſummo
Inferret ſeſe mortalibus ardua Pugnis.
Inde pares animis, & equis ſpadicibus, ambo,
Mercurius ferro, Arthemius ferroque ſagoque
Veſtiti, in campum coëunt, Haſtaſque coruſcant,
Queis olim cecidit transfixus Apoſtata Cæſar,
Chriſtiparæ iuſſu; quando impia bella parantem
Victori Galilæo, animam ſub Tartara miſit.

S. Mercurius atque Arthemius Martyres, qui D. Baſilio rogante, & iubente Deiparâ, Iulianum Apoſtatam haſtâ peremère anno 363. Damaſc. Nicephor. &c.

Nec minùs ille oculis, rutiloque Georgius ære
Crura, pedes, armos, pectuſque, caputque, micabat
Indutus, ſtygij terror domitorque Draconis,
Pannonieque idem Vis & fiducia Gentis:
Cælicolæ nunc iſtâ Equites de Gente ſequuntur:
Et rubeâ fulgens penulâ Martinus, & enſe
Horridus, & qualis, quantuſque per aëra quondam
Reppulit audentes Guntzano abs aggere Turcas;
Et Rex Hungaridûm Stephanus, Stephanoque creatus
Pubeſcens Emericus adhuc, pulcherque iuventâ,
Miles vterque tibi, & primis Emericus ab annis
Æternùm ſponſus, Cæli ô pulcherrima Princeps,
Terrarumque potens. Rutilis radioſa pyropis
Serta Patrem cingunt; argentea lilia Natum,
Lilia ſacrati monimentum inſigne pudoris.

S. Gregorius Panno- niæ Patronus, de cuius nomine, Rudolphus I. equeſtrem in Corinthia Ordinem inſtituit, & Cruce rubrá inſignivit.

S. Martinus Pannonius, an. 1532. Copias Solimanni ad Guntzij Oppidi mænia aſſilientes conſpicuus repulit. Laurent. Surius.

Flore pari tectus, flavâ nigrâque comatum
Cornipedem criſtâ, medio regit agmine ſeſſor
Arduus, & ſocijs ſuperextat vertice toto
Henricus Cæſar, Bavarûm Genus; ipſe iugatus
Connubio quamquam, pulchra & Conegundis amore,
Abſtinuit thalamis ſeſe, ſervavit & illic
Virgineos, inter Tædarum incendia, mores;
Qualis gemma riget media inviolabilis Ethna,
Et vivit Salamandra, altum nihil uſta per ignem.

S. Henricus Imper. huius nominis ſecundus Virginis Matris ſtudioſiſſimus & Virgo.

At Regina illi pro Virginitate perenni,
Reddidit auxilium bellanti, ivitque frequenter
Subſidio Michaël, miſſique abs æthere Divi.
It Circo Auſtriacâ pariter prognatus Eliſa,
Patre Iagellonio, tunicâ Caſimirus in albâ,

S. Caſimirus Deiparæ amator & præco. Vide eius vitam.

Albo

Albo vectus equo Iuvenis, pracinctus & albis
Tempus vtrumque roſis, & quo ſub flore, cecidit
Olim, Sarmatia Vaſtantes intima, Moſchos;
Iuſſas poſtquam animus tadas, Sponſamque peroſus,
Mortali, antetulit Divam; Vitaque, pudorem;
Membraque florenti ſic tabida liquit in avo.
Parte aliâ in glaucis, & pellucentibus armis
(Qualiter vnda nitet, quam ſol pervadit ad imum
Luce ſuâ, & Caurus nullis obnubilat vmbris)
Auſtriadum Heroës proavi, pariterque feruntur,
Pannonio Leopoldus equo, Fernandus Ibero,
Cultores Diva. Scutis impreſſa gerebant,
Qua loca, quas ſtruxère illius honoribus Aras,
Quas vrbes illius ope, excidère vel Hoſtes.
Et nudo Ignatius gladio, ſicâque refulgens
Aſtur, Loiolidum Proles, parientis & vltor
Virginis, in Mauri ſannas linguamque procacem.
Catera Turba, ingens latè ſe denſat in Agmen,
Cornipedum hinnitus inter, ſaltuſque decoros,
Reginam praiens, Circoque animoſa propinquat.
Argento Galea, argento Lorica polito
Cuique nitet. Vernis Galeam criſta alta ſmaragdis;
Baltheus, ab dextro Loricam dividit armo
Caruleus, gemmis, ſpiriſque rigentibus aſper.
Illic Romulei ductor fortiſſimus olim
Agminis Andreas, Magni cui gloria nomen
Magna dedit, cumulantique Alemanni floribus Aras:
Veſtituſque auro penitus Lambertus, & aureas
Attollens lauâ Parmam, dextrâque ſariſſam.
Necnon & frameam Vibrans Theodorus acutam,
Bulgaridum Domitor; quorum ingentiſſima Caſtra,
Inde Scyta, hinc Ruſſi, & Turcarum millia centum
Implebant numero, Bizantinumque ruebant
Imperium flammâ, & congeſtis ſtragibus vrbes.
Et Pugnam (ſed enim Caſar pauca Agmina contrà
Duxerat) ancipiti trepidabat corde Zemiſces,
Calicolas, & iniqua Vocans in pralia Divam.
Conſtantinopolis ſtabat ſuper vna, propinquo

S. Andreas ſeu Magnus. Vide eius vitam.

S. Lamb. Epiſcop. Leod. & Martyr, viſus an. 1213. aureis veſtibus, aureis armis tectus ſimul cum Deipara, Leodienſium hoſtem delere. Ægidius & Tranſmoſanus.

S. Theodorus Martyr, qui iuſſu Deiparæ an. 971. pro Ioanne Zemiſce Imper. contra Bulgaros, ſcytas, Turcas 330000. Conſtantinopolim obſidentes die Nou. 9. ſibi ſacrâ,

 Hoſte

albo inſidens equo pugnauit, & illos fugauit aut ſtrauit.

Hoſte pavens, Superúmque iacens Gens omnis ad Aras,
Illam exorabat, ſibi ſacra vt mœnia ſervet.
Præcipuè, & Proavis clara, & pietate Melyllis
Fœmina, per totam ducebat triſtia noctem
Cantica, lamentis & fletibus interrupta.
Iam feſſum curis caput, & languentia membra
Condiderat thalamo, & captabat nocte ſopores,
Quam ſequitur, Theodore, dies tibi feſta quotannis.
Aſtitit ille oculis magnâ comitante Mariâ
Miles, & ætherea recreavit luce iacentem.
At Virgo omnipotens, cara ſibi Gentis amore
Anxia, dat tales placido de pectore Voces.
„ Ecce meus Cæſar, Theodore, tuuſque Zemiſces,
„ Cogitur Imperij reliquum, nobiſque dicatam
„ Conſtantinopolim, dubiæ committere Pugnæ.
„ Ergo age, perfer opem trepido, diſcantque Vocatâ
„ Chriſtiadæ, quantùm valeant bellare, Mariâ.
Hos Diva iuſſus, vultu Theodorus ameno
Excipit, & denſo concretum ex aëre Telum
Corripiens dextrâ, ſaltu ſe promptus in albi
Librat Equi ſellam. Caſtriſque hoſtilibus infert,
Celſa ſupervolitans, per opacam mœnia, noctem.
Principiò Boream, placidà qui flabat ab Arcto,
Aëreo ſternit Telo; atque adverſa frementem
Ora in Bulgaridum, Turcarumque, excitat Auſtrum.
Ille ſimul ſtreperà ſævus conſurgit ab Æthrâ,
Flammanteſque rotat, denſâ cum grandine, nimbos,
Cuncta ruens: adigit promiſſis Divus habenis,
Sanguineam verſans frameam, ſternitque Phalanges
Cædibus, & ſulcos per Caſtra rubentia ſignat.
Hoc habitu poſtremam Aciem Theodorus agebat,
Cæleſtem in Campum; ſequitur Regina, micantis
Summa tenens Currûs, maiorum cincta Catervis
Aligerûm, primo rerum quos Numen in ortu
Et Maris & Terræ, Tempeſtatumque potentes,
Quippe Poteſtates dixit; radyſque supernæ
Terribiles lucis, cæleſtibus induit armis.
Illorum ſibi Partem aliquam ſervavit in vſus;

Poteſtates Angelicæ.

Partem

Digitized by Google

Partem aliquam Matri (Cæli poſtquam Arce recepta eſt)
Donavit Deus, ad nutus & munia Belli.

Sexaginta fortes. Cant. 3.

Præcipui numero è tanto, Curruque propinqui
Sexaginta illam fortes, Pugnæque parati
Circumeunt Equites. Femur ad cuiuſque ſiniſtrum,
Enſis; & aurati pendent ad ephippia ſclopi.
Inde triumphalis, Regina, ſplendidus ibat,
Sublimi ſolio, & teſtitudine Currus apertâ,

Currus Deiparæ.

Arte laboratus cæleſti, & fuſilis auri
Compactus tabulis, ſigniſque rigentibus extrà
Pellucens, gemmis & verſicoloribus aſper.
Quas vrbes tuta eſt Bello, quas Diva recepit
Armipotens; quas deinde Mari Terrâque Phalanges
Stravit humi Victrix, opus immortale figuris
Extulerant tumidis, varioque toreumate Fabri.
Illic Roma Orbis Domitrix, atque æmula Romæ
Carthago, celſis eductæ Turribus exſtant:
Roma hiſcens Muro, Portis Carthago revulſis.
Hanc iuxta, Graÿs Beliſarius ardet in armis,
Vandalidumque iacent ſtrages; & ſanguine circùm
Arva rubent. Nemorum denſas fugientis ad vmbras,
Apparet longè trepidi Gilimeris imago.
At prope ſemiruta nutantia mœnia Romæ,
Stat Narſes, Totilamque elato poplite calcat
Victor, & in caram ſuſtollens lumina Divam:
Cærula quam nubes demittit ab æthere lapſam
Deſuper: & Pugnæ tempuſque modoſque docentem.
Necnon extulerant cælati tuberis vrbes
Carnutum ad Eburæ, Syracuſam ad littus Iberi,
Atrebatum ad Scarpi flaventes Amnis arenas.
Illic Auſtriades Carolus, Carolique nitebat
Æmilianus avus, Divæ Victricis ad Aram,
Cæſareis veſtiti armis, auroque rigebant
Obtuſo, & fuſcum calybis ducente colorem.
At procùl, & penitus gemini in diſcrimine Ponti,
Conſtantinopolim; & ad Indi fluminis oram
Eoique Maris, ſaxa inter, & edita Rupis,
Artifices ſtrictim, & ſummo tenus æquore maſſæ,

Beliſarius Iuſtiniani Imp Legatus invocatâ Deiparâ Vandalos in Africa fundit, atque Carthaginem aliaſque Africæ apertas vrbes Victor ingreditur ſub an. 534. Procop. lib 2 Narſes eiuſdem Iuſtiniani alter legatus, Deiparæ admonitu Gothorum in Thuſcia exercitum invadit, totumque cum Totila Rege trucidat Romamque & Italiam recipit An. 557. Euagr. l. 4.

Carnutum ab Rollone nondum Chriſtiano obſeſſum liberatur, expoſito ad propugnaculum D. Parentis induſio. Sub Ann. 878 Vinc. Beluac. lib. 24.

Syracuſa ſeu Cæſaraugusta Aragoniæ à Mauris obſeſſa, liberatur apparente cum Angelis multis ſuper ipſum muri hiatum Deiparâ. Sub ann. 1134 Hieron. Blanca.

Inci-

Incidêre B *Dium parvus ſub Turribus Arcem;*
Parva artus parvos, vultumque, oculoſque Maria,
Hoſtem terrentis radijs: at lumine ſtrati
Hinc Arabes, Perſa inde iacent; & mœnibus Indi
Præcipites pendent, diuerſaque brachia iactant.
Parte aliâ, vernique ſuper ſpatia edita Campi
(Namque auro fibri rutilum incoxêre virorem)
Miſcentur bellando Acies, Caſtra incita Caſtris,
Agminaque Agminibus pugnant, per corpora parva
Ingentes animorum iræ. Sed denique vincunt,
Quorum in Vexillis Magnæ Genitricis Imago
Promicat, adverſaſque hebetat fulgore Phalanges.
C *Heraclius eques Perſas,* D *Comnenus Alanos,*
E *Andreas Arabes, diverſo vulnere calcant*
Sanguineos. Spiras rictu reſupinus aperto
Dux Arabum, Mariæ Prolem, Mariamque laceſſens.
Et Signis pallent intexta cornua lunæ,
Et pleno ſol orbe ruit: ſphyngeſque, chimæraque,
Et Vulpes, & Apri, & deformi Numina vultu.
F *At iuxta Aſturiæ montem, horrentemque cavernam,*
Grando ſagittarum, retro, lapidumque redibat
In Iaculatores. Transfixi pectore languent
Æthiopes; pennis corde extant ſpicula tantùm,
Fronti hærent lapides, Galeæ dant vulnere rimas;
Ad latus & pharetra, & diffractis cornibus Arcus;
Et grandes clypei, & funda balearis habena.
Pars montis poſtrema, iugis immane dehiſcens,
Obruit innumeros lapſu, volvitque per Amnem
Præcipites, ſpumat ſinuoſo Vertice gurges.
Hinc caveâ erumpens, comitatus & agmine parvo
Pela-

Atrebatum Arteſiæ Metropolis inuocatâ per Cives Deiparâ Maximil. Auſtriaco vindicatur 1492. qui, ſicut Carolus V. eius nepos, ſtatuas ſuas in Hallenſis Virginis Templo poſuêre. Lipſius.

Conſtantinopolim per Hunnos obſeſſam ann. 625. Deipara vrbe ſub lucem egreſſa terret, ac inter ſe committens delet ac fugat. Cedren. Theopil. & alij.

B Dienſem Arcem innumerabiles Cambaiani cum confœderatis cingentes, accurrente cum paucis Ioanne Caſtrio Indiæ Prætore, ac præſertim apparente ſuper Ædiculam Arcis, Deiparâ, & eos turbante, penitus cæduntur. ann. 1546. Maff. lib. 3. Hiſtor. &c.

C Heraclius in Razatem Choſrois Perſici Regis Legatum pugnaturus, poſtquã dixiſſet: *Videtis, fratres, neminem nobis adeſſe volle, præter vnum Deum, & quæ eum ſine ſemine peperit, Virginem,* &c. Perſas profligat, & Razatem capit anno 626. Cedren. Theophil. & alij.

D Ioannes Comnenus ſuis per Scytas prælio inclinatis, Imaginem Deiparæ, quam inuocabat, aſpexit, & Victor euaſit. Imagini Conſtantinopolim invectæ Triumphum inſtituit ann. 1125.

E Andreas Baſilij Imp. legatus acceptam Tharſenſis Saracenorum Principis epiſtolam, quæ inter alia hæc continebat, *Nunc videbo an Mariæ filius, eiuſque Parens, tibi proderit, dum contra te cum exercitu meo progrediar*; Imagini Deiparæ appendit exclamans, *Vide ô Mater Dei, tuque ipſius filius, & Deus, qualia exprobravit, & ſuperbè dixit contra tuum ſuperſtitem Populum arrogans ille.* Simul in Principem movens eum cecidit, & magnam ſtragem edidit ſub. ann. 867. Curopal.

F Pelagius Hiſpaniæ Rex cum ſuis mille, in caverna latitans, & Deiparæ ſic fidens: *Confidimus per interceſſionem glorioſæ Dei Genitricis Domini noſtri, à Saracenis ſalvari* &c. eorum decies mille trucidat; ſagittæ lapideſque in iaculatores retorti, multos occidère, & Anſenæ Montis pars, in fluvium Demam delabens, ſexaginta eorum millia oppreſſit. an. 718.

Digitized by Google

Pelagius, ferrum ipſe manu, ſociјque vibrabant
Per reliquas Maurorum Acies, totaſque ruebant.
Necnon hinc Cyano, hinc viridi conſtrata colore,
Stagnabant maria, interlucenteſque tumebant
Æquoribus Scopuli, atque freti diſcrimine parvo
Inſulæ; & anguſta ſurgebant Cycladis inſtar
Cyclades, atque rigentis Echinades inſtar Echini,
Quaque gerens Pugnas, Marianaq; Bella per undam.
Inde Proconneßi (Prorà Puppique revulſis)
Agaridum Naves flaventi in littore ſidunt.
Hinc maris Ægai mediјs in fluctibus, ardent
Celoces flammà, piceamque incendia peſtem
Dira ferunt: canis criſparunt cærula ſpumis
Artifices, fumumque atro tinxère metallo.
Per nebulam ſalit horrentem carbunculus altè
Plurimus, effulgens radioſo lumine gemma:
Igneaque, & ventis dilata, & denſa pyropis,
Nymbi more furens, rubeo ruit æthere grando.
Ad Cephaleniacæ fauces, & Echinadas inter,
Fluctibus argento canis, per cærula, binam
Fabri auro Claſſem extuderant, totamque Selymi
Iactarant Pelago; ſpirantem abs æthere Caurum
Turbine fingentes atro, Naveſque rotantem.
Quaſdam altas, penituſque inſanis montibus aquas
Haurit hians, ſurgenſque inciſo gurgite Pontus.
Quaſdam flamma vorat: ſine Remo & Remige pendent
Affixæ ſaxis aliæ, fluctumque carinis
Accipiunt ingentem, ac tandem mole fatiſcunt.
Hinc Naves ſuper intactas, ſupremaque Tecta,
Armis Chriſtiadæ miſcebant Prælia raptis
In Dominos, varioque necabant funere Turcas.
Ante pedes, Conti, manicæque & vincla ſoluto
Rupta iacent nodo: fluit undique & undique ſanguis
Ottomannigenûm; rubeis quippe æquora rivis
Artifices tinxère; ſuperque natantia Ponto
Carbaſa, & antennas, & fractà cuſpide malos.
Inde, & Vliſalium convexà in Puppe ſedentem
Addiderant, verſoque petentem littora vultu:

De ſeracenorum Claſſe ab obſidione Conſtantinopolitana ſub ann. 717. recedentium ita Theophanes: *Cùm navigaret Claſſis coram, tempeſtas à Deo per interceſſionem Dei Matris incumbens, primos diſperſit; & alios penes Proconneſſum & reliquas Inſulas. Super reſiduas, cùm tranſiſſent ægæum Pelagus, ex templo ignea grando deſcendens aquam maris ebullire fecit, & pice liquatà Naves ſimul cum hominibus inducta ſunt in profundum* &c. Ioannes Auſtriacus & alij Chriſtiani ad Naupactum in Turcicam claſſem ann. 1571 die 7 Septem. pugnantes opem Deiparæ ſentiunt & Hoſtem debellant.

 Heren-

Hærenteſque ſolo Proras, ſaltuque ruentes
In pelagus profugos, vicinæ rupis ab ore.
Contrà, Cærulei placido ſuper æquore Ponti,
Auratam extulerant iucundo in lumine Claſſem,
Chriſtiadum Naves bis centum; & ab æthere puro
Mittentem radios ſolem. Diſcedere nubes
Adſpiceres denſas, Ventoque agitante cieri.
Supremo geſtat malo Prætoria Divam,
Intextam ſigno Divam; iuxtaq; Trophæum
Impoſitum Telo: caput atro ſanguine ſtillans
Cernebatur Halys, quinis quadriremibus auſi
Hanc vnam Auſtriaci petere, atque laceſſere Bello.
Stant quinæ circùm vinctæ; ſtant vnus & alter
Natus Haly, mæſtoque aſpectant lumine Patrem.
Conflatus gemmis, & curvus poplite, prorâ
Orabat mediâ Auſtriades, ſimiliſque loquenti,
Ore dabat voces, Victrici Turcica Divæ
Oſtentans ſpolia; & clypeos, & ſpicula, & enſes,
Et teretes lunas; argento auroque micantes
Caſſidas, & radijs ſchyticos Thoracas ahenis.
At Navim Iuvenes, præcincti tempora lauro
Relligione obeunt, Martiaque tripudia ducunt
Scloporum ſonitu; credas & corpora in orbem,
In numerumque pedes, ſaltantum more moveri,
Et veros ſclopis exire ſilentibus ignes.
Multaque præterea, quæ Virgo Puerpera, Terrâ
Vel Pelago geſſit, proprijs educta figuris
Bella, Triumphalem ſignabant vndique Currum.
Vſque Rotis, vbi ſe gemmantibus induit axis
Aureus, & ſimili fabricatus Temo metallo,
Currum vehunt Monocerotes.
Quadriiuges Campo quem Monocerotes agebant,
Et cornu, & plantis, atque albâ pelle decori;
Qualia per Vernas ſtant candida lilia Valles,
Aut Cigni incedunt Viridem per graminis herbam.
Aurea calx cuique eſt, frena aurea, coccina lora,
Argento diſtincta levi; ſtrepitiſque per auras
Bracteolis, puroque ſonantibus aëre bullis.
Lora manu, ſolio Regina tenebat ab alto,

Maieſtate

Maieſtate ſedens blandâ. Nec gratia vultu
Mollis ineſt, nimiuſve rigor: ſed maſcula virtus,
Quæ ſuperos & quanta decet, & amabilis horror.
Armant bis ſenæ, ſidentis Tempora, ſtellæ, Habitus Divæ in eo ſedentis.
In Galeæ formam; Loricâ pectus & armos
Sol tegit auratâ, & reliquos ſplendoribus artus.
Serpentis ſed colla ſuper (quâ currus ad imum
Deſinit, atque gradus ſolio committit eburnos)
Pallida luna iacet, plantâ quam calcat vtrâque
Virgo premens, gemmeis effulgens Virgo cothurnis.
Illius ductum accipiunt, parentque ſedenti
Cornipedes, & iuſſa movent veſtigia, freni
Ad momenta ſonantis. At illa (accedere poſtquam
Teutoniæ Cuſtodem, alioſque examine denſo
Aligeros vidit, Fernandi vota preceſque
Nubis odoratæ medio in ſplendore ferentes)
Lora manu adduxit. Faciles haſère iugales;
Hæſit momento Divorum exercitus omnis,
Et preſſere Tubæ clangorem, & Tympana pulſum.
Ipſe autem medium Cuſtos progreſſus in æquor,
Contraxit pennas humeris, & poplite adorans
Inflexo Divam, placido ſic incipit ore:
„ *Non primùm, Regina, tuo pro Cæſare, iam te* Archangeli Germaniæ præſidis ad Deiparam pro Ferdinando oratio.
„ *Alloquor, auxiliumque extremo in tempore poſco.*
„ *Et modò, ſi qualis fuerat, mihi gratia quondam*
„ *Sit quoque nunc eadem; non vltrà exultet Adolphus*
„ *Teutoniâ Victor mediâ, Templiſque repellat*
„ *Chriſticolas, viduetque tuas Cultoribus Aras.*
„ *Haud Gentes, iuxtaque Albim, iuxtaq; viſurgim*
„ *Afflictas querimur, Regnis ſpatia æqua duobus.*
Illa, mei minima eſt Pars (quamquam iuſta) doloris.
Et pereant, ſic quando volunt: Regiſque Sueci
„ *Turpe iugum portent, quem dudum fœdere facto*
„ *Vltorem vani procul excivère Lutheri.*
„ *Quin, ſi quas Mœnus propior, quas alluit ingens*
„ *Rhenus, ſic pendunt ſeris mala debita noxis;*
„ *(Quamquam illis ego te finem mox ponere poſco)*
„ *Sic pendant licet; & Sanctum eſt, hac clade magiſtrâ*

„ Corrigere in melius mores, quos luxus & error
„ Abſtulit, & recti abduxit de tramite, Crimen.
„ Auſtria ſed quidnam meruit, quid Boica Tellus
„ Teutoniæ Pars prima, tui Pars cætera Regni
„ Sacra tibi, atque tuis habitata Clientibus Ora?
„ Haud equidem, OEtingam quiqui, Cellamve frequentant,
„ Sic olim de te, Divâ o mitiſſima Divûm;
„ Vt nolis ſervare tuos, cùm denique poſſis.
„ Et quidnam poſt hæc illi ſperentve, putentve?
„ Quid timeant Hoſtes? Linguâ te nempe procaci,
„ Vimque, fidemque tuam, vana & conamina damnent,
„ Quæ medio in curſu, atque opere imperfecta, relinquis.
„ Et ſoli Imperij causâ ſi bellat Adolphus;
„ Nil moror. imperium cum ſacris ergò capeſſat
„ Auſonijs: Non eſt ſernando ea gloria tanti,
„ Quam gerit unius modò Relligionis amore;
„ Atque utinam haud inter curas, tantoſque tumultus!
„ At non hic animus Regis, cui cæca ſub imo
„ Ambitio corde eſt, fædique venena Lutheri;
„ Quem ſecum regnare, amens, per Prælia tendit.
„ Quòd ſi fortè ſines (ſed inops ſit ponderis omen)
„ Ecquid Fernando reſtabit denique victo?
„ Ecquid Fernandi Soboli, cui Patria Regna,
„ Et patrios Numen toties decrevit honores?
„ Scilicet expulsâ cum Relligione, Paternis
„ Ipſa quoque excedat Terris, ſedemque requirat
„ Supplex, exul, inops, dudum Gens ſueta Coronas
„ Verticibus gerere, & Solijs conſidere Regum.
„ Mitius haud quidquam, tibi, Dux ò Boïce ſpera,
„ Magnæ Matris amor, paribuſque exercite pridem
„ Adverſantum odijs; non (Hæreſis integra) ſervet
„ Te Pietas; non queis Divam veneraris, honores.
„ Quin (quando Regina ullum haud ſuperabit in omnes
„ Ius tibi Teutonios) alias mihi quærere Gentes
„ Profuerit, curâ quas proſperiore, Mariam
„ Et Mariæ Natum, & Divorum ſacra docebo.
„ Exoſum Cælo facinus, mortalibus armis
„ Pelli Immortales, juſſoſque excedere Divos

„ Poſſeſſis

,, Poſſeßis dudum Terris, & ſanguine Terri-
,, Vbere quæſitis. Quod, quâ ratione ſerenaum eſt;
,, Tu primùm Regina, hinc vos attendite, Divi.
Talibus orabat dictis Germanicus Ales,
Flagranti vultùque, oculisque micantibus ardens.
Aſt Mariana Acies, bellantum millia mille,
In Regem accenſi, vindictam, iramque fatentur
Cælicolæ fremitu blando, ſeſeque precantis
Fernandi vltores, ſineret ſi Diva, ferebant.
Ipſi adeo, experti ſeſſorum ſenſa ſuorum
Cornipedes, Pugnam, motu capitumque pedumque
Et trepido hinnitu, & diductis naribus optant.
Vnus, pro caris dicturus pauca Suëcis,
Prodit Ericus eques, Galeæque plicatile clathrum
Abs oculis ſolvit, mentum & demiſit ad imum;
Ipſe loqui vt meliùs, meliuſque vt cernere poſſet.

S. Ericus Sueciæ Rex.

Conſilium agnovit Regina, oculoſque modeſtè
(Vitandi acceſſûs causâ, alloquiumque negandi)
Vertit ad Aligerum, blanda cui voce locuta eſt.
,, Et fuit, & fuerit Fernandi maxima ſemper
,, Cura mihi; & noſtro ceßit de pectore nondum
,, Vel Bavarus, vel qui Bavari regit Agmina pridem
,, Tillius, vt verſos meritò inficiêris amores.

Deiparæ ad Archangelum Reſponſio.

,, Sed, tibi ne, quæcumque rogas, concedere poßim,
,, Æterni Decreta vetant immota Parentis.
,, Quæ ſi (quos tanto memoras ſermone foveſque)
,, Cæſarque, Bavaruſque ſciant, convellere numquam
,, Iſta velint, potiusq́, ſuo procedere curſu
,, Optent, & faciles illis ſua pectora ſubdant.
,, Teutoniâ Victor mediâ, ſine, regnet Adolphus;
,, Fama brevis; quin tu vel ſic patiaris, & ores
,, Angele, materiam virtuti Cæſaris amplam
,, Æmilijque dari; ac tandem iam præmia reddi
,, Serclaſio, æternâ florentes fronde coronas.
,, Meta prope eſt: & glande, (Lyci prope littora) læſum
,, Flebunt Aligeri, quibus arva Suevica curæ.
,, Atque ego mox pulcrâ reſolutum morte, meorum
,, Cælicolûm Turmis, ſimul hac ſuper arce receptum,

Tillij ad Lycum cædes.

„ Perpetuâ mecum donabo pace potiri.
„ Antè tamen, quàm fata, tibi hæc prædicta, ſequantur:
„ Fernandi precibus, mihi quas abs vrbe Viennâ
„ Magnâ mole refers, Palmam (non amplius) vnam
„ Annuo Serclaſio, multarum nempè ſupremam,
„ Atque argumentum Pugnæ, cædiſque futuræ.
„ Nil ſupèr exora. Damus illi vincere rurſum,
Victoria eius ſuprema. *„ Franconicoſque Gotho reſpergere ſanguine Campos,*
„ Qua ſe magna iugis Bamberga virentibus effert;
„ Quam noſtris dudum Templis Henrice dediſti.
„ Hoc opis eſto tuæ, quos contrà emiſerit Hornus,
„ Vandalidûm terrere globos, & pandere pontem
„ Cæſareis, profugumque Hoſtem mactare per vmbram.
„ Hanc ſimul vlturus cladem, appropetabit Adolphus,
„ Serclaſiumque retrò redigens, & vulnere ſternet.
„ Haud tamen iſta diu Victoria proderit illi;
„ Nec longum noſtri clade interituque Clientis,
„ Aut prædâ, & fructu Belli gaudebit iniqui.
„ Namque tibi vt medius lucem, Leopolde, dicatam
„ Rettulerit (Brumæ poſt frigora lenta) November;
„ Illum exultantem Lutzenica mœnia iuxta,
Guſtaui Regis cædes. *„ Primàque audentem Caſtrorum in fronte ſuorum,*
„ Vile caput, Miles, rudibuſque inglorius armis
„ Conficiet ſclopo; & ſoleis ſubſternet equorum
„ Ignotum, fœdâ regale cadaver arenâ.
„ Hanc tu vindictam perage: Auſtriadumque tuorum
„ Et Bavarûm cladem, Numenque vlciſcere noſtrum.
„ At Tibi præcipue ſemper Fernandia Proles
„ Altera, ſit curæ; Nomen cui nempe dediſti
„ O LEOPOLDE*, tuum; Infantis dum tingeret vnda*
„ Sacra caput, crimenque latex genitale piaret.
„ Ipſum vlnis, Mater, iam tum complexa duabus
Leopoldi Archiducis ortus Probitas. *„ Excepi; ac primis creſcentem protinus Annis,*
„ Sinceræ pavi Probitatis nectare Nutrix.
„ Et mentem ſimul ingenuam, validoſque Magiſtra
„ Inſpiravi animos; puri velut ætheris aura
„ Educat, atque avi durat ſub robore Palmam,
„ In ventorum iras, Tempeſtatumque Sonorem.

„ *Hinc*

Digitized by Google

,, *Hinc Iuvenem virtus, tacitè concreta, movebit*
,, *Maſcula; & eventus rerum, ſortiſque maligna*
,, *Erudiet dubios ſolers Prudentia Caſus.*
,, *Quippe illum trepidis Supremi effata Tonantis*
,, *Vltorem Populis, defenſoremque dedêre.*
,, *Nec cuiuſquam adeo Bellis Fortuna reſurget*
,, *Belgica, vel feſſos tollet rediviva lacertos.*
,, *Eius in adventu ſolitus quamquam antè timeri*
,, *Iam metuet, Pugnaque pavens ſeſe occulet Hoſtis.*
,, *Ac ſi quid celerive fugâ, furtove valebit*
,, *Callidus; at fraudes illuſtria Facta fugabunt*
,, *Archiducis, viſque vna dolos depellet inertes.*
,, *Illuc Auſtriacis properantem à Finibus olim*
,, *Hoſtes per medios comitari Dive memento:*
,, *Pervigiliſque Gothi, ac Mano Rhenoque latentum*
,, *Inſidys raptum, Bruxellæ ad Mœnia ſiſte,*
,, *Noſtra vbi Lackenys ſurgit de Collibus Ædes,*
,, *Luminibuſque calent, Doniſque perennibus Aræ.*
,, *Servabo hinc ipſum Patrona, Liſamque, Sabimque,*
,, *Vlciſci, geminâ primùm Obſidione docebo.*
,, *Verùm vbi retulerit blandi ſe aſpergine veris*
,, *Maius; & induerint modico ſe gramine Campi;*
,, *Arma tuus, tuus Arma Cliens, & Caſtra movebit*
,, *Auſpicys Caſtra ampla meis. Priùs attamen Ædem*
,, *Ipſe meam viſet Pedes, æthereumque rogabit*
,, *Subſidium Populis, quos Scarpus proluit vndis,*
,, *Vel Liſa, vel Dulius, vel ameno gurgite Colma.*
,, *Præſertim Atrebates, noſtris & Honoribus olim*
,, *Dedita Gens, adeo & Cæleſtibus inclyta Donis.*
,, *Illi ego (dum natas ſegetes grauis vreret Æſtus,*
,, *Et ſpem Meſſis, hians Tellus, ſitienſque negaret)*
,, *Manna dedi, niveum tenui lanugine Manna,*
,, *Indicium Pluviæque, vbertatiſque ſequentis.*
,, *At dum Peſtiferis arderent Febribus Artus*
,, *Poſtea, & efflarent ſingultu pectora vitam;*
,, *Æthéream Indigenis Ceram, certumque levamen*
,, *De Celo delapſa tuli; mihi Cereus vnde*
,, *Ardet adhuc flammam ipſe fovens, nec læſus ab illa,*

,, *Vſque*

Virtus.

Geſta in Belgio prima.

Armenteriæ Comitij Landraci &c. occupatio.

Anno Chriſti 371. iuxta B. Hieronymũ Manna de Celo exoratâ per Indigenas Deiparâ Atrebati pluit.
Candelam hanc Deipara Tubicinibus duobus Atrebati agentibus de cœlo detulit anno 1105. die 27 Maij; quæ & febres etiamnum curat, nec ipſa ardendo minuitur.

„ *Vſque novâ ſua nam reparat diſpendia cerâ.*

Atrebatenſis illius Candelæ Pars Cortraci in Groeningana Æde ſeruatur eiuſmodi curationibus celebris.

„ *Cortracena etiam gens, Tanti haud Muneris expers,*
„ *Præſidÿ haud expers noſtri, ſed ab hoſte vetuſto*
„ *Capta, gemet: flebitque Annis afflicta duobus:*
„ *Nec ſpes me præter miſeræ ſuperaverit vlla*
„ *Effigiem quippe ante meam, & cæleſtia Ceræ.*
„ *Dona ſalutaris, plenâ florentia figent*
„ *Serta manu, & querulo cumulabunt vota dolore.*

Cortracenæ vrbis & Arcis per Leopoldum expugnatio celer & proſpera.

„ *Quid faciam?* Leopoldi *Acies huc impete vertam*
„ *Protinus, & Turmas diſponam Mænia propter;*
„ *Scandenteſque Viros Muri trans ſumma levabo:*
„ *Vrbemque, Obſidÿ (Duce me) Lux altera pandet.*
„ *Territus ipſe novam fugiet Defenſor in Arcem*
„ *Interea & magno minitabitur oris hiatu*
„ *Vim longam; erumpetque audax, & Fulmina mittet*
„ *Bomborum, & quantâ poterit virtute, reſiſtet,*
„ *At non plus quinis duraverit illa diebus,*
„ *Scilicet aſſultum haud exſpectatura ſecundum.*
„ *Iam quocumque Cliens Acies & Caſtra movebit,*
„ *Seu Terrâ certare volet, ſeu denique Ponto,*
„ *Proſper ades; Tecumque alios in Prælia Divos*
„ *Duc Leopolde meus. Tibi non Elementa reſiſtent*
„ *Coniurata mihi, cui Numen ſubdidit Orbem,*
„ *Et quæcumque Mari, Terrâ, Cæloque geruntur.*
„ *Sed caram Superis Animam, Plumbique volantis*
„ *Audentem in nebulas, atque Agmina Prima tenentem,*
„ *Dive tege: & contra mortes ac vulnera ſerva*
„ *Delitium Belgarum, & ſpem bellantis Iberi.*
„ *Attamen evenient hæc tanta pericula ſerò,*
„ *Quæ memoro: Propiora vocant. Simul iverit Orbi*
„ *Hinc decimus, primôque rigeſcens frigore Menſis,*
„ *Vltorem Te Pugna mei Lutzenſis habebit.*
„ *Nec miſero pro Rege loqui, vel tendere contrà*
„ *Noſter Erice velis.* A *Non eſt meus ille tuuſve,*
„ *Qui ſine me, ſine te, regnare beatiùs olim*

„ *Credidit*

A Dum Guſtavus Adolphus Sueciæ &c. Coronam acciperet non ex veteri Regum Orthodoxorum more, & inſtituto iuravit: *ſic mihi Deus ſit propitius in corpore & anima, ac V. Maria & S. Ericus, ac reliquiæ Sanctorum, quas manibus tango:* ſed recenti Lutheranorum; *Ita Deus corpori & animæ meæ ſit propitius.* Andreas Burcus in Suecia.

", Credidit infelix, dum ſceptra accepit Avorum,
", Haud nos appellans Teſtes, patienſve Patronos.
„ Aſt (illum doleas animo ne prorſus inultum)
„ En pro Guſtavo dabitur Papenhemus, & ipſe Et Papenhemi.
„ Pondere Tormenti coſtas laceratus & armum.
„ Nec plagam cohibere tibi, lethumque morari
„ Angele fas fuerit. Sed enim, magè noxia Pugnis
„ Otia, & obtentu Pacis, ſcelerata ſequetur
„ Proditio, & noſtris fera Coniuratio Caſtris. Coniuratio.t
„ Ne tibi tunc alias Gentes, ne Regna require
„ Extera, ſucceſſu quæ proſperiore gubernes.
„ Vna ſatis fuerit Germania, & altera Bella,
„ Et Pugnæ ancipites, quantas Fernandus vterque
„ Auſtriadûm Proles, hic Cæſaris, alter Iberi,
„ Nortlinga ad Montes, & denſas ilice ſylvas Victoria Nortlingana.
„ Conficient, Gothicoque aſpergent ſanguine campos.
„ Nondum finis erit; nec prælia dura ſilebunt,
„ Danubio, Rhenoque iterum, Mœnoque ſubactis
„ Fernandi auſpicio Regis. Nam culmina poſtquam Ferdinandus III.
„ Imperij attigerit Cæſar, faſceſque paternos;
„ Vrbe, omnem Moravæ Gentis ſpem fulciet vnâ,
„ Auſtriacæ metuens. Et Crempſia cedet Adolphi
„ Vltori, Bœmoſque iterum nova bella ciebunt;
„ Atque iterum linguâ diverſæ, & nomine, Caſtris Bella diverſa.
„ Confligent Bavaris, Nortlingæ ad mœnia, Gentes.
„ At caſus inter Varios ſortemque malignam,
„ Non me Cæſareæ frenos prendiſſe pigebit
„ Militiæ, vel cœpta, opere imperfecta, relinquam.
„ Hæc poſt evenient. Nunc quæ præſcire iuvabit
„ Fernandum, vt ſorti ſe fortiter aptet vtrique,
„ (Poſtquam diverſis iſto ſuper æquore ludis
„ Seſe exercuerint, vario & certamine, Divi)
„ Ipſa ego de Cœlo Terris illapſa, iacentis
„ Deſcendam ad Mycones Tectum, mortique propinquam,
„ Teutonicis Venient Populis, quæ fata, docebo.
Egit Reginæ demiſſo poplite grates
Angelus, & toto conſurgens corpore, pennas
Suevorum movet ad Montes, quà parvus Ilberra

Deſluit, & muros Memminga dividit vrbis.
Antè tamen, primâque egreſſus origine, campos
Rottiacos lambit, Norberto vbi nobile ſurgit
Cænobium; & cantu ſoboles aſſueta, preciq;,
Patris agit, concors, Sanctis ſub legibus, ævum.

Puella Agreſtis Leproſa & ſimplex in Suevia.

Hic [B] iuxtà Mycone, Tecto ſub paupere, Virgo
Agreſtis, ſimplex animi moriſque, iacebat
Faſce ſuper ſtipula; ac vita velut integra, totos
Sic lepra vitio corrupta informiter artus.
Nulla inerat ſpecies: hominem vox ſola ſonabat,
Fæmineum nihil illa gemens, promensve querelam
Singultu; quamquam ſuper vlcere, naſcitur vlcus,
Atque novi quavis acres in parte dolores
Exagitant animam, & labenti corpore ſolvunt.

Eius Patientia.

Quippe intrà vis maior ineſt: fluidoſque per artus
Vivit adhuc, vinci Patientia neſcia ſenſu.

Vaticinia.

At mentem æthereis crebrò cæleſtibus afflat
Altitonans, ventura docens; ac diſſita longè,
Et monſtrans, qui corda agitent mortalia motus.

Cum ſuperis familiaritas.

Sæpe illam ſuperi, ſæpe inviſère dolentem
Vicini Agricolæ, mox & ſtupuère locutam,
Quæ ſine teſte aliquis fecit, vel pectore preſſat
Nunc quis finis erit Belli, quæ meta laborum
Sciretur Divam, votis communibus orant.
Annuit, haud facilis cuiquam non cedere, Virgo:
Scitandique habuit cauſam, dum nocte ſequenti
(Poſtquam finierant in Cælo prælia Divi)

Cum Deiparâ Colloquium circa cauſas & finem præſentia Belli Germanici.

Adfuit ad ſpondam, ſupremo abs æthere, Mater
Magna Dei, Verbis, Mycones ſedare dolorem,
Præſentiſque modos, & fontes dicere Belli.
Teutonidum adſtabat Cuſtos Archangelus, eius
Auribus

B Narrationem hanc totam de Puella Ruſticana & ſimplici, annos octodecim natâ, quæ per vlcerum & lepræ dolores puram in ſuevia atque ditione Monaſterij Rottenſis è Præmonſtratenſium Ordine, haud procul Memmingâ, ducebat vitam, Angelis, Deiparæ, Deoque ipſi familiaris, futurorum præſciens &c. miſit anno 1632. ad Ferdinandum II. Abbas in Adelberg, addens eam 11. Februarij eiuſdem anni obijſſe: ſed ante obitum à Deipara didiciſſe & alijs prænuntiaſſe hæc quatuor. 1. Ferdinandum II. Deo placere, & cladis Lipſiacę cauſam non eum, ſed militum peccata fuiſſe. 2. bellum quod tunc ab Rege Sueciæ ducebatur, eodem anno finem habiturum. 3. Ferdinandum III. ſucceſſurum Ferdinando II. in Cæſarea dignitate, fruſtra obſtantibus Hoſtium conatibus extremis. 4. Belli ſedem poſtea fore in inferioribus Germaniæ Circulis, at contra in ſuperioribus peſtem terribiliter graſſaturam.

Digitized by Google

Auribus inſpirans, divam quæ fata rogaret,
Nunc, quibus vrgeret precibus, lacrymiſque magiſtram.
Aſt vltro; & totâ ſuſpenſam mente docebat
Chriſtipara, & longi lenibat tædia morbi,
Sudorem vultu abſtergens, mortemque propinquam
Promittens afflictæ, æternaque gaudia Cæli.
Ipſa per informes Vultus, formoſa ſuperne
Lumina tendebat Mycone; ridenſque decorum,
Verbula ſemeſis promebat florida labris,
Quæ non fas cuiquam circùm exaudire ſedentum.
Talia per nigram tranſlucent ſidera nubem
Puriùs, atque nitent canoſo è ceſpite fontes.
Et fandi iam finis erat, cùm Diva receſſit
Per Tecti medium, quod dulci afflavit odore;
Afflavit ſplendore caſam ſimul igne recenti
Splendeſcunt ſtipulæ, rapiuntque mapalia lucem
Innocuè, illæſaſque incendit fulgor ariſtas.
Sed Mycone tanquam blando reſoluta ſopore,
Lumina circumagit, cœtumque adſpectat agreſtem
„ O mihi cara cohors, dicens, de Virgine Magnâ,
„ Quæ iuſſu exquiſij veſtro, nunc diſcite Fata.
„ Fernandus, Cælo Cæſar gratiſſimus ille eſt,
„ Qui tantis premitur Bellis: nec ſcilicet ipſe
„ Lypſiacæ cladis, nec fuſi ſanguinis author.
„ Sed vis Armigerûm, periuria, furta, rapinæ,
„ His merſêre malis; tanto Vertêre tumultu
„ Teutoniam; & Genti tanta hæc lamenta dedêre.
„ Attamen hoc Bellum currens definiet Annus,
„ Et rapiet reddetque idem, quæ ſacra Tonanti
„ Arva, colit latis Gens Virtembergica Terris.
„ Hinc Ducibus nova Bella nouis, nimiumq; reſurgent
„ Duratura diu, quæ non confecta relinquet
„ Fernandus Pater: Imperijque Inſignia Nato,
„ Cæſareoſque vnà moriens tranſcribet honores.
„ Nequidquam Livor contrà, vel cæca valebit
„ Ambitio, & multà Violentior Hæreſis arte.
„ At poſt, Teutoniâ ſe vertet in infima Bellum,
„ Atque Lues, ſuprema petet, quæ maxima, naſcens

Aſſecuratio de Probitate Ferdinandi II. Cæſaris.

 „ Da-

Digitized by Google

,, Danubius, magno & fæcundat gurgite Rhenus.
,, Denique Divicolas & Relligionis amantes
,, Auſonia, Campo Victoria parta beabit.
Hæc ſtipulis inſtrata, & arundine tecta paluſtri
Dictabat Mycone, placidâ dum morte ſoluta eſt.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI DECIMI

Argumentum.

MEntem à publicâ priuatâque prece, ad quotidiana ferè de Bello conſilia, referebat Cæſar, Catholicæ interim Religioni ſedulò cavens; certuſque Provincias, Dignitates, vitam præcipitare potiùs, quam illius incolumitatem exponere. Tantum in hacce cauſa robur cælitus dudum acceperat, & expertus erat per ſuperiora Bella plus ſemel, Principem gloriosè atque vtiliter in eâ vnâ eſſe contumacem. Iam prece, conſultationibus, alijſque providentiæ humanæ adminiculis in publicam rem gnaviter impenſis, eventum Deo atque ſuæ Bellatrici Deiparæ credere confidenter, & proſperum expectare. Iſtius confidentiæ argumēto, per Hebdomadariam quoque Venationem in tanto Germaniæ, Velut attonitæ æſtu, avocare à ſerijs animum, vnam in illa ingenuamque Voluptatem, ad curarum laxamenta delibans, & Prædæ abſtinens. Hanc omnem in egenos promptè partiebatur, ſic quoque, Miſericordiæ Matrem ſibi concilians. Et crebrò animaduerſum vulgatumque eſt, Humanas inter res, Ferdinandum ternis modò delectari, Hominum proborum conſortio, Muſicâ, venatu. Huius gratiâ coniugem ac Prolem foras ſæpe invitare, negans haud aliam facilè voluptatem eſſe & digniorem Principe, & innocentem magis. Et ipſa nonnumquam Auguſta, maritali ingenio, feram vel ſclopo vel telo figere. Verùm ipſa, & in Diuam religione aſſentiens, ſeptem illius Dolores, per verni Ieiunij tempus, celebrare Viennæ in Auguſtiniani ad Curiam Templi, ſacello, Sanctæ Lauretanæ Domui commenſo. Vix ea Religio cœperat, cum in Hoſtilibus Caſtris diſcordia Terrorque; contrà in Cæſareis Concordia, Audacia, Fauſtitas. Et in VVeſphalia, Saxoniâque, Papenhæmus; in Alſatiâ Commiſſarius (vti appellant) Oſſa; in Palatinatu Inferiore, Comes Embdanus illuc è Belgio cum copijs progreſſus; in Bohemiâ Maradius, Galaſſus, Suitius; in Franconiâ Tillius, Hoſtem quique ſuum & vnus ſubinde plures eluſit, aut egit in fugam, aut vrbibus vrbiumque obſidionibus excuſſit. Hornium adeo Bambergâ Tillius cum cæde Suecorum ingenti, depulit; proſecutuſque eſt Suinfurtum vſque cædendo, elapſos ipſâ cum vrbe obſidens. At Rex in huius probri Vindictam, cum Armatorum millibus trigintà adverſus Tillium feſtinat, conſilio trepidantis co-

Digitized by Google

Ioniæ occupandæ damnoſè dilato. Caſtrorum amplitudini, per Principũ Regi adequitantium, & magiſtratuum officioſè occurrentium, dignitas erat. Augebatur & Frederici, Bohemiæ nimirum Reguli, maieſtate, dudum in Hollandia exulis, acnuper Patrimonij recuperandi ſpe, ad Regem regreſſi. Magiſtratuum Verò Norimbergenſium munera, honoris ergô data, Sphæræ ingentes ex argento duæ, Cæleſtis ac Terreſtris, ad ſtimulum pugnæ, argumentumque Victoriæ Terrâ obtinendæ,& Immortalitatem nominis Cælo affuturam, accepta ſunt. Tillius autem Regi, numerũ & plurima impar, trans Danubium ad Ingolſtadium & Rainam Caſtra deducit, tanquam illic fluminis traiectu pohibiturus Hoſtem. Sed hic Danovvertâ per cauſam autfœdam, aut levẽ, ab numeroſo Propugnatore deſertâ, celerrimè traiecit; & felicitate vtens, Lycum quoque Amnem, Tillio longè occurrente, fruſtràque repugnante, ſuperat. Inter repugnandum Senex, Tormenti minoris globo (ſelibram ei quidam, vncias modò vndecim aſſignant alij) in dextri femoris extremo læditur, & Campo durans, Plagam irrîtat. Ingolſtadium cum Copijs reducto, quaterna indè eximuntur oſſa, ſed nihil animi demitur: quippe in dolores nunc, quantũ in Hoſtes anteà,forti. Neque repetitæ cladis memoria, damno fuit pectori vndecim annorum Victorijs aſſueto. Vnius modò & ſupremæ deſideriũ, ad Religionis cauſam rurſus tuendam, eius mentẽ pulſavit; adegitque vt peteret ab Adiutrice Deipara, cuius Iconem, ad imum lecticæ affixum, continuatè ſpectabat ſed monitus, ne vnam quidem illam è Numinis gloria & Voluntate eſſe, deſijt vel optare. Vitam igitur ſuam, & inulti, velut pro Germaniæ peccatis Victimâ, Numinis placamento, non ſemel obtulit. Corpus Venere etiam permiſſâ integrum, & Vulneribus octo deforme, & febri naturæque deficientiâ exhauſtum, in OEttinganæ Virginis Templo (quod in Bauariâ, nec procul Monachio eſt) humari voluit. Eidem & pecuniæ ſummam,itemque Militi ſuo aliquam, ac fortunatum reliquum, filijs fratris, digniſque Heredibus dedit. Sed potior in optimo ſene, animæ quam corporis, aut tranſmittendæ hereditatis cura. Illam multiplici Patientiæ, Religioniſque officio, ſupremam ad luctam comparavit, quam tamen haud ſuſtinuiſſe viſus eſt, quippe eius vix compos, quandò vix ſuî. Alienatis enim ſenſibus, dicitur ſpiritus eius V. Nonas Maias abijſſe corpore, quod per annos ſeptuaginta tres vegetè, ingenuèque animârat, Cadaver Ingolſtadij hæſit in Societatis IESV Templo, dum magnificè humaretur OEttingæ,è ſuprema teſtantis Voluntate; & in divã Bellatricem affectu.

LIBER

LIBER X.

ATque hinc Caleſti flagrantes lumine pennas
Ales Teutoniæ Cuſtos, agit vſque Viennam, *Concilium Cæſaris Viennæ.*
Conclaue involitans Fernandi, vbi multa movebant
Conſilia, aciti Proceres; & pectore quiſque
Concordes, ſed non inerat mens omnibus vna.
Multa ſuper ſocijs Fernandi; Saxonis irâ,
Multa ſuper, Regiſque Gothi Virtute ſerebant.
Nunc quâ Brandburgus, quà Luneburgus, & Haſſus,
Cæſaris ad Partes valeant ratione reduci;
Et quæ ſat placare queant promiſſa Britannum.
Pòſt; & quanam alios (præceps quos impetus egit
In Regem) Populos; quæ ſpes, Legionibus aurum
Fridlandi legere, & tantis quæ pabula Caſtris.
Concilij ſuprema tenet moderamina Cæſar
Arbiter; atque ipſum iuxtà, digniſſimus Heres,
Hungaridûm Bæmûmque altà Rex mente, ſedebat.
Ipſe Parens, Lattâ pro Relligione laborat,
Ne quidquam Conſulta ferat per talia damni. *Studium pro Religione Catholica.*
Illam Teutoniâ, illam rebus & omnibus vnam
Eſſe ſibi pluris; Non, ſi mors certa minetur,
Illius excidio quidquam, exiliove daturum:
Hoc tantum robur Caleſtis ſufficit Ales
Fernando, illuſtrans fibras, & flexile pectus
Divinis firmans radijs, damna omnia contrà.
Nunc memorans, quantis iactatus ab Hoſtibus olim;
Nunc quibus ærumnis iſtâ concluſus in vrbe,
Extulerit quondam Victor caput; atque Maria
Bellantis ductu calcaverit Agmina centum.
Sic Adamanta ferit repetitis ictibus ardens;

In-

Digitized by Google

Induratque, politque Faber; totâque coruſcat
Vſque manu tundens, purum dum gemma nitorem
Affrictu accipiat, calybique reſiſtat, & igni.
Haud ſecus, Aligeri afflatu vim pectore ſentit
Cæſar adeſſe ſibi; & fortunâ maior Adolphi,
Exuperat, creſcitque malis, nec debita membris
Laxamenta negat, vel ſueta levamina differt,
In tanto curarum, & ſolicitudinis æſtu.

Venatio.

Eſt vltra Magna Pomeria longa Viennæ,
Lucus, inacceſſus Lucus; denſiſſimus vmbris;
Vulgus Eberdorſum vocitant; vbi multa Ferarum
Agmina luxuriant, & acutis dentibus Apri,
Cornibus & Cervi celſis, Lynceſque, Lupique;
Auribus & Lepores; & odoro Vellere Vulpes.
Copia non alibi maiorum eſt tanta Ferarum;
Per nemora Auſtriaca, quamquam latiſſima, Terræ,
Nulli hominum fas, ſclopo illas vel figere Telo.
Iſthuc (conſiliis poſtquam defecit habendis
Dimidiâ cum nocte dies, luxque apta refulſit)
Fernandus procedit Eques: Fernandia Proles
Bina præit, venantum habitu, vultuque decôri.

Apparatus.

Circùm, vis ingens Procerum famulûmque gerentum
Accipitres pugno, & nodoſo fune Moloſſos.
Strident latratu, & Lituorum Compita cantu.
Ponè, ſubdit Rhedis, iucundum Heroïdes Agmen,
Duxque Chori Leonora, ſequens in devia Sponſum,
Veſte levi ſimplex, Auguſta; comâque fluenti
Venatrix, vnâque ambæ de Cæſare Natæ
Auſtriades; dudum gnaræ vel fallere viſco,
Vel laqueo Volucres, & Piſces ducere Virgâ.
Poſt, & quando Feris aquas iam fecerat ætas,
Hinc agitare levem diſtenta in retia Damam,
Hic Leporem iaculo, Lyncemque ferire ſagittâ.
Egreſſis Portâ, per Campos pergit & Arces
Obvia Nobilitas in equis; curſuque citato
Tela gerens dextris, & retia lenta ſiniſtris;
Infrà, mille Canes Vincti; celereſque Lyciſcæ,
Et centum, Albionis geniti tellure, Moloſſi.

Luti ad Veſtibulum, & diuortia nota Viarum,
Innumeri Agricolæ, ſclopo, furcàve minaces;
Ne prodire Feræ, ſyluâque excedere poſſint.
Atque hi deiectis heſterno Veſpere circùm
Arboribus nemoris medio, fecère patentem
Planitie Campum, & denſo de ceſpite molem: Moles ad ſpectandum terrea.
Quam ſimul inſcendit cum Prole & Coniuge Cæſar,
Ecce iugis Lepores, Colliſque à culmine recto Lepores;
Decurrunt trepidi; tum præcipites deſcenſu,
Inque caput Verſi, totâ ſe mole ſupinant.
Tranſiliit ſuprà, toto quæ terga petebat
Turba Canum niſu, morſumque effudit in auras
Obſtupefacta leves; ſed enim Virtute receptâ
Montem præda celer repetit, tardéque ſequentem
Anteit aſcenſu & longo diſcrimine Turbam.
Attamen occurſu Spartanæ Gentis, in æquor
Iuſſa redit Campi: denſis vbi morſibus icta,
Cæſaris ante oculos, Vitam inter Vulnera ponit.
Parte aliâ, latebras; & nota cubilia Vulpes
Admorſis linquunt laqueis. Nam nare Melampus Vulpes.
Ipſe ſagax, averſæ ingreſſus in ora Cavernæ,
Excuſſit trepidam, iuſſitque exire ſub auras.
Illa inter coſtas plagâ leviore receptâ,
Exſtinctam ſimulans, mediâ ſe extendit arenâ:
Dum, quæ retro inſtabat hians, inimica Canum vis,
Vltrà tranſierit curſu. Tum funere Vulpes
Evigilat, celerique fugit magè concita Vento
Arriſère dolo Proceres, plauſumque dedère.
Haud procùl hinc, montemque inter, Fontemq; ſonorum,
Valle ſuper Viridi, tonſique in graminis herbâ,
Exoritur clamor; fremit omnis ſylva tumultu:
Quem quater vna refert, ſibi numquam æquabilis Echo;
Senſim deficiens, & cùm ſe, garrula, primùm
Extulerit, minuens Vocem, tandemque remittens.
Illinc, bis ſenos præſtanti corpore Cervos,
Venatorum egit cuneus, Campique propellens Cervi.
In medium, pedibus celeres, retroque recurvis
Cornibus, atque alvi tandem ſingultibus ægros.

Nec locus effugio eſt: Tela vndique & vndique tela;
Et curſu, & patulo circumdant ore Moloſſi.
Ipſo in conſpectu Procerum, ſternuntur acutis
Cuſpidibus feſſi; dant vltima Vulnera morſus,
At Damæ interitu gemit; auxilioque Veniret,
(Si fas) mœſta Rhode; ſylvis incognita Virgo
Auguſtæ Famula, & matris nutrita labore
Per Choreæ tantùm flexus, Citharaque ſonorem.

Apri.

Haud ita proijciunt animas, & ſegniter, Apri
E medio Exciti nemore, & ſylveſtribus vmbris,
Qua ſe glandiferæ, nudo nunc Vertice Quercus
Attollunt, iuſtoque abs ſe diſcrimine conſtant.
Arrecto nam dente furunt, artuſque ſequentum
Incurſant rapiuntque feri. Proſternitur arvo
Pantaleonis equus, coſtas laceratus & alvum:
Ac fugit accepto per crus quoque Vulnere, ſeſſor.
Vnus erat, rictu, ſetiſque horrentibus ater
Præ reliquis; quem non poterant contingere telo,
Arboris adnixum trunco; pedibuſque, prementum
Avertentem ictus, & prælia longa trahentem.
Aſſilyt retro, morſuque tenace Lyciſca
Terga rapit, penituſque infixis dentibus hæret.
Senſit; & exurgens Aper avolat æquore Campi,
Si fors excutiat mordentem, aut dente recurvo
Confodiat, quò ſe plagæ locus vtilis offert.
Iamque vteri medium ſortitus, Vertice toto
Tendebat ferus, & ſummos erectus in vngues:
Sed prior è tumulo perſtans Auguſta propinquo
„ Fernandum alloquitur, Miſeræ ſuccurro Lyciſcæ,
„ Si ſinis ô Cæſar, digna eſt ea Vivere Virtus.

Auguſtæ dexteritas.

Dixit; & intento protendens lumine Sclopum,
Fixit Apri frontem, cerebrumque effudit arenâ.
Ille fluens tabo, ſimul & ſingultibus æger
Exſpirat lentis, animamque minaſque remitit.
Plurima prætereà Variarum excita Ferarum
Corpora, Venantum Sclopis cecidêre vel haſtis,
Centum quæ plauſtris devecta fuêre Viennam.
Poſtquam illuc Cæſar primâ cum nocte revertit;

Parti-

Partitur prædas; & Cætibus aris egenis
Dividit, inſuetas ægris Mortalibus eſcas.
Aſt vbi ieiunum, Veris ſub limine, tempus
Hebdomades ſenas, & pallida feſta reduxit;
Laureto ſimilem, & ſpatijs æqualibus, Ædem
Anguſtam, Leonora petit: comitatur euntem
Atratis mæſtum Velis, Heroides, Agmen.
Illic triſtificos Luctus, ſeptemque Dolores
Chriſtiparæ, recitat Populo de ſede Sacerdos,
Et gladium, qui Cor Matris pervaſit acutâ
Cuſpide, ceu Simeon quondam prædixerat illi,
Voce Senex tremulâ, & miſeranti pectore, Vates.
Et quoties Gladij Vox horrida, vênit ad aures
Auguſtæ, penituſque imâ ſub mente recepta eſt;
Corde gemit toties, & motus ſentit acerbos,
Magnæ Matris amans, tacitè cui talia fatur:
„ Per Gladios, ô Diva tuos; per Vulnera Nati,
„ Vandalidûm à nobis Gladios, & Suecica Bella
„ Verte procùl Neu te Sponſorum Vulnera propter,
„ Immitem iam te Sponſæ Matreſve querantur.
Audijt è Cælo Leonoram Diva ſupremo;
Ac ſimul Aligeros partem demiſit in omnem
Teutoniæ, Gothicas errore, metuque recenti
Obturbare Ducum mentes, trepidaſque latente
Diſtrahere invidiâ, & diſcordi Vertere motu.
Contrà Cæſareis Pax, & Concordia creſcit,
Et Virtus ſecura ſui. Papenhemus in vrbes
Saxoniæ irrumpit, quamquam Hoſtes vndique cingunt,
Appetere haud auſi Bello, Bannerius atque
Todtius. Arctoïs cincti Legionibus ambo:
Teutonidûmque trahens Dux Lunæburgicus Agmen.
Tantùm per latebras pavidi, fauceſque Viarum,
Inſidias ſtruxêre dolo; quas ille protervâ
Virtute exuperans, nunc Lunæburgica furto
Mœnia Victor init; mox & Neoburgica longè
(Ad rapidum Neoburga procùl ſtat firma Viſurgim)
Obſidione levat Veniens, Haſſumque repellit.
Lemgoviam. Hervordam, Verdamque, & pandere Portas,

Et erga ſeptē Deiparæ Dolores Religio. Lauretum Viennæ, parvum in Auguſtinianorum Templo ad Curiam.

Preces.

Inde confuſio in Caſtris Hoſtium.

Papenhemius in multos vnus.

Lunæburgam vrbem occupat.

Neoburgam ad Viſurgim Haſſicâ obſidione liberat.

Alia invadit Oppida.

Præſidiumque pati, atque fidem præſtare coëgit.
Qualis Tormento Globus ingens miſſus aëno,
(Quem Sulphur, nitrumque leves & flamma per auras
Excuſſere procùl) ſternit Turreſque Viroſque
Cum fremitu, reliquumque exterret murmure vulgus;
Quà tenditque, retroque novâ cum ſtrage revertit.

Et Eimbekam.

Vna inter Magnas Eimbeckia nobilis Vrbes,
Auditâ tantùm Papenhæmi Voce miniſque,
Aſſultûs metuens, haud vllis læſa ruinis,
Deditur, & iuſtas admittit fœdere leges.

Stadæ ad Albim per Todtium obſeſſæ ſubſidium inijcit, & Freibergam quoque occupat.

Nec (procùl extremum Stadam qui cingit ad Albim)
Todtius obſtiterit, quin Caſtra per Hoſtica, Turmas
Cæſaris immittat, quæ Suëcis deinde fugatis
Freibergam quoque perrumpant, Bremioſque trucident.
Cauſa mali prima, hinc Papenhemi fervida Virtus,
Hinc inimicitiæ Suecos ac Teutonas inter
Invidiâ, obliquis & ſuſpicionibus ortæ.
At Rex diſſidij promptus reſcindere fibras,
Todtius vt Campo cedat, Belliqne reſignet
Baudiſio ſummam, meliori haud omine iuſſit.
Namque, & Baudiſium ſubitò Papenhemus, & Haſſum,
Et reliquos crebris fregit Conflictibus Hoſtes.

In Alſatia Commiſſarius Oſſa vrbes haud paucas recuperat.

Atque per Alſatiam, & liquidi confinia Rheni,
Cæſareos eadem Virtus, idemque Suëci
Livor agit ſocios Vrbes rapit impete primo
Et conſtans animis, & pectore providus, Oſſa.
Nec minùs ad Navam vincit (dum ſcilicet Hoſtem
Diſſidia exercent) Boppardam, Alzamque receptans
Embdanus, Friſonum Embdanus de Gente Vetuſta,
Et Luxemburgæ poſitus Cuſtodia Terræ,
Arte cliens Belli, & Virtutem intexere furtis.
,, Haud auſus longùm certare Horneckius, illi

Et Spiram.

Spiram pandit iners, & motum tota ſequatur
Alſatia, ad Dominos rediens, Suecumque propulſet.
Huic tamen arriſit tantùm Fortuna labori,
,, Nulli blanda diu. Iucundè cepta, ſi veris
,, Protinus eventis; at, non ſine Numine, fallit.
Qualia, Vere novo, naſcuntur gramina campis

Flori-

Digitized by Google

Florida, quæ Boreâ ſimul exoriente ſeneſcunt.
Cæſareos ſors aqua magis, conſtanſque benignè
Marradium, Suizumque, atque acri mente Galaſſum Et in Bohæmia Marradius, Galaſſius, Suitius.
Budviſſâ, Piskâque, Bohæmi in Viſcera Regni,
Impulit vſque Pragam. Victum hic avertit ab vrbe
Ingenti, & triplicis ſectâ diſcrimine foſſæ,
Fridlandi nova ſigna illuc dum mille ſequantur.
At ſua (per Brumæ modicam reparata quietem)
Caſtra movet, Bavariſque abducit Tillius Oris
Bambergam, ſpatioque amplam, muroque labantem,
Concluſamque Iugis ac Montibus; vnde benignum
Per clivum, eſt facilis Tormenti iactus in vrbem.
Hornius ergo illam circum, & Pomeria propter
Cornutas Vario deſignat limite Moles;
Inſudatque operi Miles; pars cædere Sylvas,
Pars glebam eruere, & foſſarum condere Vallum,
Aggeribuſque altis lentos implectere ramos.
Quæ Diva Armipotens Summâ dum cernit ab Æthrâ,
Teutoniæ Aligerum, binoſque exſcendere iuſſit
Momento Genios (qui dudum nubila curant,
Atque imbres Pluviaſque cient) Succûmque labores
Obruere, & Validi diſperdere turbine Nimbi.
Nec mora fit: Mœni fundo, atque Paludibus imis
Illapſi, rapiunt vndæ cœnique Vaporem;
Quem ſimul in nubes denſâ caligine cogunt
Bambergam ſuper, & toto mox impete laxant.
Fit ſonitus; ruptoque ruit Velut Æthere, Nimbus,
Et glebas operum, & ramorum Vincula ſternit,
Paloſque avulſos trahit; vndant omnia latè.
Subter Plauſtra, Fabri, vel Equorum pectora, ſtrati
Devitant inimicum imbrem, vel tegmine Sepis
Subnixi, pluviamque ferunt, ſtragemque Procellæ.
Quæ poſtquam abſceſsit, cepti & cecidêre labores,
Quos Sueci extulerant, neque moles vlla ſuperſtat.
Ecce inter Sylvam (quâ ſe Via Regia pandit
Forkemio) apparent Acies, & Caſside Summi
Exuperant Equitum Turmæ, Peditumque Sariſſæ.
Tillius in medio; primo agmine Cratzius ardens, Quam Tillius à Danubio reverſus tentat.

Maturâ Virtute; ſuoſque in Prælia certis
Diſponunt ſpatijs, rectàque ad Mœnia ducunt.
Iam ſyluâ egreſſis audent occurrere primùm
Baudiſſidæ, Velox in equis, intectaque pectus
Loricis Legio & brevioribus horrida ſclopis:
Quæ procul à muro Pomeria prima tenebat.
At non par Hoſti, totus namque ingruit illuc
Hinc dextrum latus, hinc lævum, frontemque laceſſens.
Ergo, pedem vt referant, viſo diſcrimine, mandat
Hornius accelerans, Verbiſque minacibus vrget.
Aſt illos Croatæ concurſu vtrimque morantur,
Atque Farensbachius Peditum cum flore ſuorum,
Terga premens; cæditque, fugaque impellit inerti.
Funditur hoc viſo per Caſtra Suëcica terror;
Atque Equitum exemplo, Pedites (Legionibus Agmen
Conflatum geminis) ſtationem quiſque relinquunt
Pars redit ad Portas vrbis; Pars altera Montes
Halſtadiamque fugâ ſequitur, pedibuſque ſalutem
Quæſijt infelix; namque & pernicibus illos
Vrget Eques Bavarus, per devia & auia Mannis;
Et profugûm extremos cumulato funere ſternit.

Et Suecos ſtrenuè repugnantes cædit.

Tillius accedit Muro, Pontemque relictum
Occupat aſſultu; ac reſtantes diſpulit Hoſtes,
Quamquam animis illum Solmenſis, & Hornius vſque,
Muffelij cum Pube, & totâ mole tuentur.
Nec (quamvis plagam Solmenſis crure recepit
Stratus humi, & raptus manibuſque humeriſq; ſuorum)
Vandala Vis cecidit. Quin, & de Turribus altis
(Quæ Pontis latera, & Muri confinia nectunt)
Subiectos iacit in Bavaros, glandeſque, pilaſque
Innumeras Sclopis, & totâ luce repugnat.
At Turres pulſat Tormentis grandibus ambas
Tillius; & mediâ tandem ſub nocte revellit.
Saxa ruunt, mixtoque implentur rudere Foſſæ.
Et iam per tenebras, & iuſſa Silentia, Pubem
Concîvit reliquam, Haſfurtumque abcedere iuſſit
Hornius, imponens promptis Tormenta Carinis;
Quæque Vehi poterat, Bello opportuna, ſuppellex.

Deſ-

Digitized by Google

Deſcendit Mœno Claſsis properata ſecundo,
Et Zephyri tantùm afflatu; nam fluminis vndam
Non audent Remis, ſtrepituque impellere Nautæ.
Incedunt Pedites Ripâ, tacitique per vmbram.
Sarcina cuique ſua eſt dorſo; & converſa recumbunt
In Præconum humeros, laxatis Tympana nodis.
Turmas, conſequitur mox Hornius, inter Equeſtres
Cuncta timens; ac ſæpe oculos ad Mœnia flectens
Bambergæ, an Bavari retrò, quâ parte ſequantur:
Et ſonitum quoties vel Noctua, vel Fera luſtris
Excita; vel fluvio dederit mola Verſa ruenti;
Stat toties; & fixa tenens Veſtigia Campo,
Exploratores Nemorum trans intima mittit,
Inque Aciem reliquos, aptis in ſedibus, Hoſti
Ordinat intereà (ſi venerit ille) morando.
Tillius at notas Horni fraudeſque, doloſque
Proſpiciens, Croatas & Equeſtres protinus Alas
Expedit in Profugos, & terga laceſſere iuſſit.
Bredavius Socios; Socios Eſpagnius vrgent
Converſis pariter frænis; curſuque citato
Littus vtrumque legunt Mæni, quà ceſſerat Hoſtis.
Atque vt poſtremos primâ ſub luce Diei
Attigerant, toto Legionum pondere retrò
Incubuêre Gothis agiles, ſtragemque dedêre.
Sparguntur reliqui, Primos fugit Hornius inter,
Paucoſque Hasfurtum tandem incolumeſque retraxit.
Iamque ruunt Pedites, quos poſt ludibria Pugnæ
Deſeruêre Equites, vel devius abſtulit error.
Quoſdam etiam, feſſoſque viâ, ignaroſque locorum,
Agricolæ ſylvis progreſsi, aut cuſpide Furcæ
Transfodiunt, Mœnive propinquo in gurgite mergunt.
At Rex, qui Brumam cum Coniuge lætus agebat
Francfurti; atque novo reparabat Caſtra tumultu
(Menſe etenim medio, Vixdum proceſſerat Aſtrum
Martis, Bellaces inſpirans Regibus iras)
Hornij vt audivit cladem, interitumque ſuorum
Bambergæ, calido Vindictæ accenſus amore;
Suinfurtum (quod adhuc lentâ obſidione premebat

Et deſertâ vrbe recedentes carpit.

Et Suinfurtum obſidet.

Til-

Contrà Rex tendit Francofurto.

Tillius) extemplo totas iubet ire Phalanges.
Ipſe per & Nemorum ſaltus, Spaſſartia longè
Teſqua; per & Montes, lentaſque vligine Terras,
Anteit Herbipolim, Suecani nominis vltor.

Et conſilium Coloniæ occupandæ è facili abijcit.

Et potuit Thalamum Leonoræ linquere Sponſæ,
Spemque Agrippinæ (quam dudum optaverat) Vrbis,
Incautus. Sed enim nudam ſi milite Gentem,
Pallentemque metu Belli, ſolummodo præſens
Terreat, hanc omnem ſubitò, pariterque patentis
VVeſphaliæ Populos, Rhenumque ſubegerit Amnem.
,, Sed potior Famæ (Famâ nam Bella geruntur)
Vis fuerat; quando, (dederant quam Teutones illi)
Durat adhuc, conſtatque fides; quæ fortè labaſcet
Tota brevi, ſi mox alias pervaſerit vrbes
Tillius, aut Hornum rurſus ſuperaverit Arvo.

Cum eo Fredericus Palatinus è Batavia ſuper regreſſus.

Ergo in Serclaſium cum millibus ivit Adolphus
Ter denis, cui ſe (Boihæmûm Regulus olim)
Et Belli, & ſortis comitem, Fredericus, agebat.
Ille ſuam poſtquam (Rhenum quæ cingit vtrimque
Labentem Ditio) maiori Parte receptam
Audijt, atque frui rurſum ſe poſſe receptâ;
Commendans charis Sponſam ſobolemque, Batâvis,
Francfurtum Phaleratâ Equitum ſtipante Catervâ
Guſtavum ad Regem vênit; petijtque Paternis
Reſtitui Terris, & Avorum in iura reponi.
Qualis ab externâ demum Regione, revertit
Ardea, quando novis cedunt Aquilonibus Auſtri:
Multi illam Populi mirantur, amantque, priores
Quærentem acceſſu nidos, penniſque micantem.
Sic quoque Durlachides Frederico, Holſtinius, Haſſus
VVeimarijque Duces, reditum gratantur, eunti
Caſtris Vandalidûm medijs, profugumque ſequenti
Serclaſium: toties Bello quem ſenſit acerbum.
Deterior ſed enim Suécis, numeroq; ſituque

Tillij in Bavariam reditus.

Tillius, ad Bavaræ rediens tutamina Gentis,
Suinfurti Muros, & Franconis arva reliquit.
Et quocumque movet, Ponteſq;, Molaſq;, ruinâ
Horreaq; evertit, ne quà Rex tranſeat Amnes,

Aut

Digitized by Google

Aut paria inveniat tantis alimenta Catervis.
Iam nimias numero, eſuries ac triſtis egeſtas
Vexat, & areſcens effœta fundus arenâ
Sed Norimbergi, feßis Cereremq́, Laremque
Suffecère Patres. Guſtavo occurrit Adolpho
Trans Portas Populus, Servatoriq́, Lutheri,
Dulce merum, Piſceſq́, ferunt, & pinguis Auenæ
Libamenta, ſuis data munera Regibus olim,
Externæ vbertatis opes. Potoſinia quales
Gens edit, advectas peregrino à Littore Merces,
Ipſa ſuæ vel frugis egens; vbi gramina nulla,
Nulla arbor, nulli de gramine & arbore fœtus.
Dives at argenti Regio; iuga proxima, Montes
Excelſi, illius Venis glebiſque refulgent.
Sic Naturam operâ Gens Norimbergica ſupplet,
Arte potens calybis, cuſique labore Metalli.
Æs theſaurus ei eſt; & nata opulentia Ferro.
Et Tormenta Patres muralia quattuor, Ære;
Fuſaſq́, argento binas (Donaria Regi
Addiderant, Cæli & Terræ Compendia) ſphæras.
Prima gerit Cælum, ſtellataq́, Numina Cæli,
Heroäſq́, ſibi, quos per fera Prælia, famam,
Sideris & numerum, finxit meruiße Vetuſtas.
Perſea & Alciden, Pollucem, & Caßide Martem
Flammivomà, incoctos auro, gemmiſq́, tumentes.
Diſſectam Pelago monſtrat Sphæra altera Terram:
Teutoniam, Europæ medio. Divellitur arcto
Suecia tota Freto; nec longo Norica diſtat
Berga illinc ſpatio; quod dum miratur Adolphus:
„Hoc totum eſt? Nec maius iter confecimus? inquit,
„Quàm brevis eſt Virtus, potuit quam claudere, parvi
„Pars minor illa Globi! Germanæ portio Terræ
„Reſtat adhuc, primas nondum ſuperavimus Alpes;
„Italiam nondum attigimus. Quando vltima Mundi
„Nos capient? Heu! quàm noſtra eſt Victoria parvo!
Iſta pudore dolens Socijs repetebat Adolphus;
Et ſubitò Bavari tentare repagula Tractûs,
Danubiumq́, Lycumque, parat; primoque labori

Norimbergenſium munera Regi data.

Sphæræ ex argento duæ.

Danoverta placet; quam Pons, maioris ad Amnis
Decurrens Ripas, non vno copulat Arcu.

Qui Danovvertam breui occupat.

Hanc, quamvis Moles diverſæ, & plurimus Agger,
Atque Lavemburgus multo Dux milite ſervat.
Ipſa tamen ternis tantùm defenſa diebus,
Deſeritur; Regi & parere iubetur Adolpho.
Trans Pontem Dux ipſe fugit; fugit omnis in armis
Denſa, Gregis ritu, Portis infuſa, iuventus.
Illac & Sueci (Caſtra ingentiſsima) tendunt,
Innumeriq; retrò Currus. Sub pondere, Pontis
Stridebant tabulæ; at fluvio Tormenta Vehuntur:
Atque Lyci Ripam Terrâ tetigère ſiniſtram.
Tillius at Dextram, Armigerùm cum Parte, tenebat

Tillius ad Danubij & Lyci concurſum.

Aggeribus firmam, & cumulato ceſpite, Rainâ
Haud procul; extremis vbi curſibus influit ille
Danubio; Bavaras poſtquam Süevaſq; (remotis
Alpibus egrediens) flexu diſcreuerat Oras.
Bellatorum aliam Vegeto Dux pectore Partem
Æmilius, ſub ſigna ſenex retroq; regebat;
Serclaſio auxilium, quoties opus, ipſe daturus.

Ad Lyci traiectum repellitur.

Bis certat Gothicus tranſire Exercitus Amnem;
Bis retrò ab Ripâ (nec enim ſine clade) recedit.
Tormentis ſiquidem adverſâ Regione tonabat
Tillius, acceſſu prohibens, auſoſq; fugabat.
Succeſſumq; operis Rex deſperaſſet Adolphus;
Ni ſuus, & Gentis Cuſtos, Archangelus, aptam
Incepto portaſſet opem finemq; labori.
Ac primùm pluvias, largoſq; è nubibus imbres
Miſit in vſque Viam, quæ Rainâ ducit ad Vrbem
Vindelica, Auguſtam (quam Druſus condidit Author)
Et lentas valido glebas humore reſolvit.
Sed contrà, advolitat pennis Germanicus iſtuc
Aliger; atque doli quiddam ſub talibus auſis
Proſpiciens, iramq; premens, ſic pauca profatur:
„ Haud ego credideram, Bavaras Te iuris in Oras
„ Obtinuiſſe aliquid; nimboſq;, vndamq; ſonantem
„ Auſurum arbitrio, noſtris infundere Terris.
„ Suecia tota tua eſt, Finlandia, Lappia, & vltrà

„ Quid-

„ Quidquid Agri, quidquid Pelagi, iam paret Adolpho.
„ Illic & Ventos, Tempeſtateſq́, Niveſq́,
„ Frigoraq́, exciri tibi fas; ibi Vertere Campos
„ Et Montes, gelidaq́ Vrſæ ſub ſidere, ſylvas.
„ Finibus his, Ales, tua ſit concluſa poteſtas.
Sic placido contrà reſpondit Suëcius ore
„ Nec Partem, Bone Dive, tui mihi Vindico iuris;
„ Nec pluviam fas præter, ego, vel nubila movi.
„ Et ſuperare Lycum, & Bavaris inſiſtere Campis,
„ Conceſſère meo Deus, & Regina, Clienti:
„ Quid tum, ſi nimbis, & miſſo è nubibus imbre,
„ Illi pando Viam? Num Caſtra Vetamur eorum
„ Ducere, quos iuſſit nos Mens Æterna tueri?
„ Et tegere, inſidias & furta hoſtilia contra?
„ Vertiſti (& licuit) Bambergæ mœnia Nimbo;
„ Vnde cruor Campis, & funera multa Gothorum.
„ Nunc quod idem tentare, Lyci prope Littora cogor,
„ Scilicet hæc etiam eſt alieni exoſa Cupido.
„ Cur tuus his adeò Decretis Numinis, obſtat
„ Tillius, atque Gothos permiſſò expellit ab Amne?
„ Suecia tota mea eſt; Finlandia, Lappia, & vltrà
„ Quidquid Agri, Pelagique. Vtinam ſe cura laborq́
„ Finibus his fauſtè concludat deniq́ noſter;
„ Relligioq́ Vetus, Suecos, per Bella, reviſat!
„ Hoc ego dum tento, licitis irrumpere ceptis
„ Deſine, neve aquis obſta conatibus aſper.
Dixerat: at nondum Genÿs diſſenſio ceſſit;
Diſtraheretque diu. Verùm illuc Arbiter, Alis
Advenit aratis Michaël, effataque narrat
Numinis, & Belli caſus, ſortemque futuram.
„ Quarè agè, Teutoniæ Cuſtos, dum improſpera Bella
„ Tillius aggreditur; fatalem obtundere glandem
„ Formoſamque Animam (nam ſaucia membra dolore
„ Deſeret) excipere, & Reginæ offerre labora.
„ Ipſe ego Tartareas contra pugnabo Phalanges
„ Defenſor, Calique ad lucida culmina ducam.
„ At tibi, (Suecanæ cui cura eſt credita Gentis)
„ Et Regem licet, & Regis conducere Caſtra,

 „ Tranſ-

Digitized by Google

„*Tranſque Lycum conducta, dolo & Virtute tueri:*
„ *Atque in Serclaſium nitratam immittere glandem;*
„ *Hactenus & poteris. Lutzenſibus attamen Arvis,*
Guſtavum præeuntem Acie, ſubducere Morti
Haud fas, haud decreta ſinunt immota Tonantis.
Hæc fatus Michaël, cælum rectoque reviſit
Æneus aſcenſu. Gemini diverſa per Auras
Caſtra petunt Genÿ celeres, & propria curant.
Suëcicus, attoniti Regis ſub pectore, ſeſe
Inſinuans, animo fraudes inſpirat, & artes,
Erudiens, tranſire Lycum quà denique poſſit.
Nec mora; nam docilis præcepta capeſſit Adolphus,
Totas pæne Acies ad littoris vltima cogens,
Rainæ in conſpectu, lentas vbi curvat in Arcum
Amnis aquas, parvumque redit collectus in Iſthmum.
Erigit hic denſo ternas Rex ceſpite Moles,
Tormentiſque petit Bavaros; qui littore conſtant
Adverſo, tecti Nemorum pallentibus vmbris.
Huc (quaſi traiectum oppoſitâ Rex parte pararet)
Tillius agglomerat ſocios, contràque remugit.
Ille ſed inde procùl, diſtanti in littore longè,
Auguſtæque Agrum iuxta clàm, noctis opacæ
Per tenebras, Pontem de navibus intertextum
Imponit fluvio, & partem iubet ire ſuorum.
Vranghelius primùm, per iuſſa ſilentia, Ductor
Armigeris præit ipſe Globis, animumque ſequendi
Dat ſocÿs, quorum nitidos Pars vna ligones,
Vna gerit ramos; Pars curvis dentibus vncos.
Adverſam ſimul ad Ripam evaſere priores,
Effodiunt terrâ glebas; & ceſpite verſo,
Ad Pontis frontem ſubitus caput extulit Agger,
In Lunæ formam Magnæ, cui Cornua longo
Diſcedunt ſpatio, reliquis, (quæ pone ſequentur)
Agminibus ſedes, citroque vltroque movendis.
Quod poſtquam audivit ſub prima crepuſcula lucis
Tillius, ab Rainâ properè ſua Caſtra coëgit;
Et, madidum per iter, priùs Agmina movit in Hoſtem,
Impoſito quàm Ponte, Lycum traiecerit omnis.

Quem noctu tandem furtiuéque tranſmittit.

Et vlteriorem ripam aggere communit.

Tillius ad repellendum accurrit itinere longo & lubrico.

Hærent

Hærent crura Luto, fallit gleba humida greſſum
Serclaſidûm; & niſu per corpora plurimus exit
Sudor, anhelanti reſonant quoque pectora flatu.
Namque novos Cælo demiſerat Angelus imbres
Suecicus; & ſtagnis latè omnis ſemita ſordet.
Vtque in conſpectum Pontis pervènit & Amnis;
Vranghelidum lateri Turmas immiſit Equeſtres
Tillius; invadens, Peditum cum robore, Frontem.
Et quamquam ſalebris Equites nituntur & undâ, Et Hoſtium primos
Excutiunt ſtatione Gothos, & ferrea Pontis repellunt.
Vincla remoliri, & ſubvertere funditus ibant;
Sed Rex adveniens, profugos redduxit Adolphus,
Reſtituitque loco, & Bavaris in Prælia rurſum
Converſis, aliam, increpitans aliamq́, protervè
(Omnis enim Pontem ſuperârat denique Miles) Quos Rex reſtituit.
Obiecit bellando Aciem, numeroq́ minores
Reppulit ad Peditem, ſua quem Veſtigia fallunt,
Nec plantis conſtare ſinunt, atque arma movere.
Vlteriore etiam Ripâ, Tormenta boabant
Vandalida; & Bavarûm vaſtabant Agmina, miſſis
Totâ luce pilis. Medio iam Tillius Arvo
Diſcurrebat Eques, Vultu, clamore, fugaces
Vi retinens, & fræna manu converſa prehenſans:
Illius in pectus ſed machina miſit ahena
Grandem mole globum, magno ſtridore, per auras.
Impulſumque ſequens rectà Cor ille petebat Vnius globo læditur
Serclaſij; aſt ictum Germanicus abſtulit Ales graviter in femore
Protinus auxilio accelerans, infràque redègit. dextro Tillius 15.
Ergo dedit femori Vulnus, quà poplitis Oſſi Apr.
Iungitur extremo, & coxendicis infima fregit.
Bellum etiam Virtute pari dum ſuſtinet vltor Et Aldringerus in ca-
Aldringus, feſſiſque animos, vireſque miniſtrat; pite leviter.
Excepit ſuprà, venientem Vertice glandem
Saucius, at (raſâ tamquam cute) plaga fefellit.
Attamen ambobus venit dolor; atque per horam
Reſtiterunt Campo, donec devexus ab alta, Et in Campo perſe-
Denique in Oceanum iam Sol deſcenderet, Æthrâ. verant.
Defècit tunc tandem animâ, miſſoque cruore

Digitized by Google

Tillius; & ſpondâ effertur manibuſque ſuorum.
Et Duce ſublato, mox languida Caſtra, ſalutem
Qui tandem Ingolſtadium exportantur. *Effugio quærunt. Preſsit Veſtigia retrò*
Suecus Eques, multoſque vdâ extendiſset arenâ;
Ni nox, Æmiliuſque novo cum robore Pubis
Obvius, auxiliu n profugis daret atque receptum.
Iamque Ingolſtadium ſpondâ pervenerat æger
Tillius, ac lento ſuſpiria pectore ducens.
Multa inter ſeſe diverſâ mente, frementes
Diſceptant Medici; & ſtudia in contraria nutant
Dum morbum ediſcunt Vultu, crebrôque micantis
Subſultu Venæ, perque intervalla ſilentis.
Spem vitæ, flaxique artus, & debilis ætas
Exiguam oſtendunt; & frigida ſanguine plaga.
Multa manu trepidant alij; roſeoque cruorem
Rore levant, ferroque cavi penetralia tentant
Vulneris, & latebras penitus rimantur opertas.
Oſſea ſed ruptis fragmenta tenaciter hærent
Membranis, ductum nec forcipis vlla ſequuntur.
Ovi ergo liquidum, atque Eôæ Maſthicis vnguen,
Leneſque apponunt Violas molleſque Lupinos.
Iamq; ad maturum poſt ſoles deniq; binos
Plaga venit, flavetque adnato pure Cicatrix:
Oſſa quatuor è Tillij vulnere ducuntur. Eius Patientia. *Vnguinibuſq; ſuis parent, tentantq; ſupremam*
Oſſi cutem, crudi que protruſêre dolores.
Attamen hæc inter Tormenta, & tædia morbi,
Durat adhuc; membriſq; iacens ſtat mente ſerenâ
Tillius, & pluſquam febri, ſuccenſus amore
Chriſtiparæ. Hanc oculis Sponſam, hanc gerit ore, ſinuq;,
Ardetque in Cœli manifeſtâ luce tueri.
Et in Deiparam rara religio. *Illius, Infantem* IESVM *amplectentis Imago*
Pendebat Tabulâ, fulcro confixa cubilis,
Ante oculos ægri, & certis obtutibus illam
Contemplans, virtutem animo roburq; trahebat
Hoc mentem levat aſpectu, ſenſumque doloris
Mitigat, & potuit cunctanti occurrere Letho;
Et ad eam precatio. *„Haud mora, conſequimur Mater. Si Cingula nutu*
„Iſta tuo ſumpſi (Baltheum ſignabat & Enſem

„ *Ad*

Digitized by Google

,, *Ad lecti caput) En, ea, Te repetente, reſolvo.*
,, *Et pedibus ſubſterno tuis, quas ipſa dediſti,*
,, *Cæſarei ô Ductrix Belli fortiſſima; Palmas.*
,, *Quamquam, ô, ſi liceat, Duce Te, mihi Vincere rurſum*
,, *Lypſiacamque auſo cladem reparare ſecundo,* Vnius adhuc Victoriæ deſiderium & poſtulatio.
,, *Hoc vnum te orem. Veniat tunc gratior, iſtud*
,, *Mors mihi poſt facinus; fueritque hac ſumma voluptas,*
,, *Religionem iſtis iterum fulciſſe lacertis.*
,, *Si tamen hoc, quamcumque leve eſt, Regina, recuſas;*
,, *Nil vltrà eſt: moriar, dum ſic decernis, inultus.* In eius Voluntate quies.
,, *Hanc Animam tantùm complexibus accipe, Mater.*
,, *Hoc etiam tibi Corpus habe; & labentia Membra*
,, *Oettingana tegat Tellus tua, humetque Sepulcro.* Optio Sepulcri in Oettingano eiuſdem Templo.
,, *Nec tibi diſpliceat purâ requieſcere Terrâ,*
,, *Exemptos Thalamo, atque impuris ignibus artus.*
,, *Vnus amor me (Diva) Tuî, per prima Iuventæ*
,, *Tempora, corripuit Puerum, tumuloque repoſtis*
,, *Oſſibus, immortalis erit: Viuetque ſuperſtes*
,, *Arce ſuper Cæli, ſi non excludis Amantem.*
Deſijt ore loqui, nam deficiebat hianti
Halitus; & ſummo hærebant in gutture Voces,
Veniſque ardebat Febris; atque Catarrhicus imo
Infert ſe Pulmoni, & Cordis Follibus, humor.
Ergo oculos tantùm Divæ ſuper Icone, languens
Figebat, lentè & ſuſpiria longa trahebat,
Suſtentans Animam; dum faucibus interclusis Obitus 3. Maij.
Singultus tres ægra dedit, fatoq; ſoluta eſt.

Ad Maiorem Dei
& Bellatricis Deiparæ
Gloriam.

DVACI,

Typis, IOANNIS SERRVRIER, ſub ſigno
Salamandræ, Anno M. DC. XLVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google